CENTURIA
FABRICIO-
RUM

Scriptis clarorum,

Qui jam diem ſuum obierunt

Collecta

à

JO. ALBERTO FABRICIO

D. & Prof. Publ.

Boëthius lib. 2. Conſolat. metro 7.

Ubi nunc fidelis oſſa Fabricii manent?
Quid Brutus, aut rigidus Cato?
Signat ſuperſtes fama tenuis pauculis
Inane nomen litteris.

HAMBURGI,
Sumptu CHRISTIANI LIEBEZEIT,
Litteris Schultzianis.
Anno cIɔ Iɔ cc vIIII.

Bucin. 569

Digitized by Google

VIRO

SUMME REVERENDO

D. GEORGIO HENRICO GOEZIO,

Eccleſiarum Lubecenſium Superintendenti digniſſimo,

S. D.

JO. ALBERTUS FABRICIUS.

SEreno, ut confido, vultu excipies, Vir Venerande ac juxta humaniſſime, Fabricios hoſce, centuriatim ad Te, velut ad comitium litterarium confluentes, qui non ita pridem memoriam Schmidiorum erudita lucubratione

 pro-

proſecutus es, atque edita de claris Schmidiis diatriba demonſtraſti nec Fabricios Te amore Tuo, curave indignos habere. Ego quidem cum animi cauſſa proximis diebus numerum hunc ſcriptorum mihi cognominum collegi, fateor neminem me inveniſſe, quem faventiorem vel ſperarem illis, vel meliorem exoptarem Patronum quam Te, qui & æſtimator es ingeniorum æquiſſimus, & intelligentiſſimus judex. Neque te fugit, qui tot præclarorum virorum, tot rerum ſcitu digniſſimarum memoriam laudabili ſtudio ab oblivione quotidie

vindi-

vindicas, quam ſit totum genus hoc ſcribendi, quo eorundem nominum homines inter ſe diſtinguuntur, non modo utile, atque ut ad omnem, ita litterariam quoque hiſtoriam illuſtrandam neceſſarium, ſed exemplo ſuo ac ſuffragatione etiam probatum præclaris viris. Horum igitur veſtigiis, & Tuo potiſsimum inſiſtens, ſpero me ab humanitate Tua impetraturum, ut locum huic Centuriæ concedas in Contubernio Tuo, ſuaviſſimo Muſarum ſacello, mihi vero inter eos qui Te ſincere colunt, & de Tuo ſibi favore ac voluntate gratulantur. Deus

ter Opt. Maximus ſumme Rev. Amplitudinem Tuam Eccleſiæ bono & litterarum ſoſpitem ac vegetum ſervet, ut quam diutiſſime & illi decori, & his ornamento eſſe queas. Scripſi Hamburgi XII. Cal. Januarii Anni imminentis cIɔ Iɔ cc vIIII. qui Tibi & Tuis illuceſcat precor quam auſpicatiſſimus.

CEN-

CENTURIA FABRICIORUM

Scriptis Clarorum,

Qui jam diem ſuum obierunt.

ADOLPHUS FABRICIUS, cujus extant Homiliæ vernaculo ſermone editæ de perditis hominum moribus conquerentes. Zwölff Predigten wider die böſe Welt. Caſſelis 1646. 4. 1672. 4. Dicavit eas Erneſto Haſſiæ Landgravio, cui fratrique ejus Chriſtiano a ſacris fuit, cum A. 1635. iter facerent per Belgium, Angliam, Galliam & Italiam. Deinde verbi Divini in Haſſia Miniſter.

ALBINUS FABRICIUS Muſicæ artis peritus, cujus Cantiones ſacræ, ſex Vocum, viderunt lucem Græcii, Stiriæ capite, A. 1595. 4.

ALEXANDER FABRICIUS Anglus, Auctor deſtructorii Vitiorum editi Venetiis A. 1582, ut Lugdunenſem ac Pariſienſem editionem omittam. Vide ſi placet Antonii Wood Antiquitates Oxonienſes T. 2. p. 75.

ANDREAS FABRICIUS, *Leodius, Philoſophiam & Theologiam à Gothofredo fratre (de quo libro de Ingolſtadienſis Academiæ Profeſſoribus multa Valentinus Rotmarus) aliisque didicit. Doctor Theologus Lovanii renunciatus, ab Othone Cardinali Auguſtano evocatus, Romæ per ſexennium Oratorem egit Pio V. Pontifice Max. Poſt à Conſiliis fuit Alberto ejusque Filio Erneſto Catholicis Bojorum Ducibus, donatus ab iisdem ampliſſima Eccleſiæ Collegiatæ, ut vocant, Præpoſitura apud veterem Oetingam. Obiit Anno Domini cIↃ IↃ LXXXI.* Hæc de Andrea Fabricio Valerius Andreas in Bibliotheca & Franciſcus Sweertius in Athenis Belgicis. Fuit vero Fabricius iſte inter præcipuos Eccleſiæ noſtræ hoſtes, ut patet ex ejus *Harmonia Auguſtanæ confeſſionis* Colon. 1573. & 1578. fol. quo volumine Cochlei, Hofmeiſteri aliorumque in D. Lutherum & Melanchthonem calumnias recoxit. Ex hac Harmonia petierunt Moguntini cum A. 1598. ederent Andreæ Fabricii Leodii von Röm. Kayſerl. Majeſt. Caroli V. und der Catholiſchen Fürſten Antwort auf die Articul Augſpurgiſcher Confeſſion. Et Jeſuitæ Dillingenſes, qui idem ſcriptum Pontificiorum Doctorum, quod in Comitiis Auguſtanis Confeſſioni noſtratium oppoſitum eſt, produxere ac ſparſerunt in vulgus. Cum enim poſt editam compoſitionem pacis JCtorum ut ſe vocant Dillingenſium, qui pace religioſa noſtros contineri tanquam parum fideles ſcilicet Auguſtanæ Confeſſionis ſocios nolebant, Theologi Saxonici eis oppoſuiſſent Apologiam

giam

giam pupillæ Evangelicæ, nothwendige Vertheidigung des Heil. Römiſchen Reichs Evangeliſcher Chur-Fürſten und Stände Augapffels / Jeſuitæ A. 1629. illud quod dixi ſcriptum Pontificiorum doctorum ediderunt ſub titulo: Andreæ Fabricii Brill auf den Evangeliſchen Augapffel. Hinc noſtri Apologiam Auguſtanæ Confeſſ. Melanchthone auctore pridem ſcriptam & à Juſto Jona verſam Germanice, fecerunt recudi, repoſueruntque ſub titulo Augapffels Brillen-Putzer. Omitto alia à Jeſuitis circa idem tempus jactata hujusmodi titulis: Ausbutzer des Brillenbutzers aus dem vierten motiv Marggraf von Badens Bekehrung. Scharfes Rundes Aug durch Georg Landherrn. Uberſchlag uber den ſtarenſichtigen Augapffel / durch Laurentium Forer. Wer hat das Kalb ins Auge geſchlagen / oder ein Send-Schreiben D. Luthers an ſeine Diener am Wort/daß die Augſpurgiſche Confeßions-Verwandten den Frieden im Heil. Römiſchen Reich umſtürtzen. Neuer Starenſtecher Oculiſt und Kälber-Artzt. Zungen-Schlitzer / daß die Prædicanten Krafft des Religion-Friedens den Pabſt nicht dürfen Antichriſt nennen. Es müſts wol eine Kuhe lachen daß die Proteſtirenden Fürſten in dem Tractat / wer hat das Kalb ins Auge geſchlagen / nicht geläſtert worden ſind / durch M. Conr. Andreæ. Viciſſim noſtri oppoſuerunt adverſariis præclaram illam Apologiam majorem pupillæ Evangelicæ, Nochmahlige unvermeidliche gründliche Haupt-Vertheidigung des Augapffels A. 1630. cujus inſignis operis auctorem eſſe Mat-

thiam Hoë, qui glorioſiſſ. Elect. Sax. Joh. Georgio I. tum erat a ſacris, docuit nos Reverendus & de memoria Theologorum Eccleſiæ noſtræ reque adeo litteraria omni mentiſſimus civis atque amicus noſter Henricus Pippingius, in Arcanis Bibliothecæ Thomanæ Lipſ. retectis & in Epiſtola ad V. C. Thomam Crenium quæ diſſertationibus ejus juvenilibus ſubjicitur. Prætereo alia, Dillingenſibus oppoſita, ut libellum cujus titulus Dillingiſcher Kälber-Artzt / ein Brief Ignatii Lojolæ an die Jeſuwider / daß ſie unruhige Aufwiegler und Friedenſtörer ſeyn. Item alium hac epigraphe: Unförmlicher Augen-Wimper Dan. Klemnitii Banſtedenſis, tertiumque hac inſcriptione: Die neueſten Gläſer in die alte Brill / das iſt / zwey Tractätlein / 1) wider das Pabſtthum zu Rom vom Teufel geſtifftet / 2) Beweiß aus den Schrifften der alten Vorfahren / daß der Pabſt der Antichriſt ſey. Quibus Neceſſariam depulſionem à Wilh. Lyſero vulgatam & Benedicti Carpzovii Vindicias juridico politicas Theologorum Lutheranorum, & Hermanni Conringii libros duos de pace civili inter Imperii ordines religione diſſidentes perpetuo conſervanda, ſub Theologi Auſtriaci vulgatas nomine adjungere liceret, niſi revertendum eſſet ad Andream Fabricium, qui præterea *Catechiſmum Romanum* notationibus & quæſtionibus dilucidatum edidit Antwerpiæ 1574. 8. recuſum ſæpius ut A. 1591. 1600. 1611. &c. Carmine quoque valuiſſe teſtantur tres ejus tragœdiæ *Religio patiens* Colon. 1566. 8.

Samſon

Samſon ibid. 1669. 8. & *Jerobeam rebellans* Ingolſtad. 1585. 8. In his quoque mirum fervorem ſuum odiumque in eos quos putat hæreticos tantum non ubique prodit.

Alius ANDREAS FABRICIUS Ducum Boruſſiæ à Conſiliis & vice Cancellarius Regiomontanus, defunctus A. 1602. De hoc adi ſis Pauli Freheri theatrum Viror. eruditorum. p. 957.

Alius ANDREAS FABRICIUS Georgii Fabricii Chemnicenſis, de quo infra, frater, paſtor primo Nordhuſanus deinde Islebienſis, ſcripſit *Chriſtum lacrymantem* Witeb. 1551. carmine. Bericht von Geſetz GOttes/ſeinem rechten Brauch und Mißbrauch/ ſonderlich was die Gläubigen und Gerechten belanget/ wider etliche Gotteslästerliche Propoſitiones die jetzt allenthalben ausgeſtreuet werden. Islebiæ 1569. 8. Tum alia nonnulla, ut Send-Brief an die Pfarr-Kinder der Gemeine Chriſti in Nordhauſen. A. 1570. 8. Hauß-Kirche/ 1586. 8. Landtags-Predigten ꝛc.

Alius ANDREAS FABRICIUS Archidiaconus Eccleſiæ ad S. Johannis templum Magdeburgi, cujus manes concione funebri typis exſcripta A. 1685. decoravit Henricus Matthias de Broke ὁ μακαρίτης. De ſcriptis ejus in vitæ curriculo p. 54. hæc referuntur: Sonderlich hat er ſeine Predigten mit allen Fleiß ſtudiret/ unter andern aber nebſt denen Sonntags-Predigten über die gewöhnlichen Epiſteln den Catechiſmum und die geiſtreichen Epiſteln Judä und Jacobi durchgeprediget/ inglei-

imgleichen das Buch Tobiä / Jeſus Sirach / das Hoheliede Salomonis / und bey der Paßions-Erklärung manchen ſchönen geiſtreichen Geſang / wie auch bey Renovirung dieſer Kirchen die Offenbahrung Johannis erkläret / zugeſchweigen derer wolgemeinten Gewiſſens-Predigten / welche er auch / ſo ihm GOtt das Leben gefriſtet hätte / der gelahrten Welt öffentlich auf Einrathen gelehrter Theologen und anderer Prediger / unter derer Cenſur ſie allbereits geweſen / darzulegen geſonnen war / imgleichen viel andere Bibliſche Bücher / welche der Gemeine zum beſten einfältig ausgelegt worden. Wie auch letztens den Chriſtlichen Glaubens-Geſang / mit welchen und ſonderlich den letzten Worten er ſeine letzte Predigt geſchloſſen: **Iſt bereit uns ein Leben in Ewigkeit.** Martinus Lipenius Vir diligentiſſimus in Bibl. Theologica tanquam typis exſcripta memorat ejus, den geiſtlichen Bußkrantz / & Epiſtoliſche Gewiſſens-Poſtill / quæ non vidi.

ANTONIUS FABRICIUS, cujus Theoria & Praxis beneficiorum lucem vidit Turnoni in Occitania Galliæ provincia A. 1616.4.

Alius ANTONIUS FABRICIUS Montipolitanus, cujus puerilem in ſiderali ſcientia hallucinationem perſtringit Jo. Keplerus in præfat. ad hyperaſpiſten.

ARNOLDUS FABRICIUS Aquitanus. Ejus Epiſtolæ una cum Joannis Gelidæ Valentini Epiſtolis & carminibus editæ ſunt Rupellæ A. 1551.4.

BALTHASAR FABRICIUS Medicus ſcripſit Opuſculum Phyſiologicum & Medicum libris tri-

bus

bus diſtinctum de corporis humani temperamentis & ſex rebus non naturalibus, cum Appendice de litteratorum tuenda ac reſtituenda valetudine. Amſtelod. 1629. 8. Res non naturales à Medicorum filiis vulgo appellantur, quas Galenus cauſas ſalubres & conſervatrices appellat, ut aërem quem ſpiramus, victum quo utimur atque id genus alia.

FABRICII BARTOLETI Encyclopædia Hermetico dogmatica lucem vidit Bononiæ *A.* 1619. 4.

BASILIUS FABRICIUS ZIKZAI, Rector Scholæ Patachienſis Simlero memoratur, traditurque ſcripſiſſe *A.* 1568. refutationem Argumentorum Lucæ Agrienſis. Nec Lucas ille nec Baſilius aliunde mihi notus.

BERNARDUS FABRICIUS Muſicæ artis haud ignarus, cujus tabulaturæ quas vulgo vocant, ſeu vocum moduli notis Muſicis deſcripti accommodatique variis inſtrumentis Muſicis prodiere *Argentorati* 1677. fol.

FABRICIUS BODERIANUS. Vide infra in GUIDONE.

FABRICIUS BONONIENSIS, Poëta & Rhetor Circa A. C. MCCX.

FABRICIUS BRANCURTIUS, Candidiſſimo Vir ingenio & Muſis aſſidue deditus celebratur ab Angelo Caninio in Epiſtola ad Matthæum Priulum quam præclaro ſuo Helleniſmo ſive Græcæ linguæ inſtitutioni præmiſit.

FABRICIUS BRITIUS Italus è Societate Jeſu,

ſu, *A.* 1656. defunctus edidit Synopſin Scripturæ S. univerſæ ex probatis Auctoribus excerptam. Genevæ 1645. 12.

CAIUS FABRICIUS Caji F. Caji N. LUSCINUS Cenſor Romæ cum Q. Æmilio Pappo & ter Conſul, Dux etiam ipſe inclytus, quo Romani feliciter uſi ſunt in bello adverſus Pyrrhum, quo ipſo teſte *ille fuit Fabricius qui difficilius ab honeſtate quam Solà ſuo curſu averti poſſet.* Unde Claudianus:

-- -- & nulli pervia culpæ
pectora Fabricii. -- --

In Apoſtolii Proverbiis XV. 29. *οὗτε χθὲς τὸ χρυσίον, οὗτε σήμερον τὸ θηρίον ἐξέπληξε τὸν Φαβρίκιον.* Alios Fabricios in veterum monumentis celebratos de induſtria mitto, quia ſolos litteris claros hoc loco colligere animus eſt. Vide illos ſi placet in Gruteriano Indice, in Glandorpii Onomaſtico Rom. & in Sponii Miſcell. p. 98. 99. Hunc vero Cajum Fabricium ſingularem virum ob virtutem quavis præſtantiorem eruditione omittere non potui. Memorat & Cicero Cajum quendam Fabricium, Luciumque fratres ex municipio Aletrinate, ſed in illos tanquam peſſimos homines invehitur Oratione pro *A.* Cluentio.

FABRICIUS CAMPOLINUS Veronenſis. Cum Ludovicus XIV. Galliæ Rex Regis Hiſpaniæ Philippi IV. filiam Annam Tereſiam duxiſſet A. 1660. ſub Fabricii hujus nomine prodiit liber Gallica lingua hoc titulo: *Diſcours de la contra-*

trarieté d'humeurs qui ſe trouve entre de certaines Nations, & ſingulierement entre la Françoiſe & l'Eſpagnole, traduit de l'Italien de Fabricio Campolini Veronois. Sed auctor hujus libri, (non tantum interpres) eſt Franciſcus Mottæus Vayerius inter cujus opera plus ſimplici vice prodiit: etſi nonnulla eum hauſiſſe obſervatum eſt ex ſcripto ejuſdem argumenti quod Hiſpanice à Carolo Garſia, tum cum Ludovicus XIII. Annam Hiſpanicam duxiſſet editum atque Italicè translatum extat, qua de re conſulere licet V.C.Petrum Bælium in reſponſionibus quas vocat ad quæſita hominis è Provincia Tomo I. capite XIV. p. 94. ſeq.

CAROLUS FABRICIUS JUSTINIANUS Genuenſis ſcripſit Hetruſca lingua vitam Julii Juſtiniani Adjacienſis in Corſica Epiſcopi. Rom. 1667. 4.

CHRISTOPHORUS FABRICIUS, Neocomenſis Eccleſiæ Miniſter, Catechiſmum Gallice edidit Genevæ, ut refert Simlerus.

CONRADUS FABRICIUS, cujus diſputationes ex univerſo jure Romani Imperii deſumptæ viderunt lucem Marpurgi *A.* 1637. 4.

CONRADUS HENRICUS FABRICIUS libello vernaculo victoriam Jacobi Patriarchæ in exemplum quod imitarentur propoſuit afflictis: Der ſiegende Jacob 12. Edidit & diſſertationem in locum Epheſ. II. 20. Lipſ. 1659. 4.

DANIEL FABRICIUS librum de Islandia & Grœnlandia vulgavit Roſtochii *A.* 1616. 8. cui Epi-

Epiſtolam pro patria defenſoriam oppoſuit Arngrimus Jonas Islandus, excuſam Hamburgi *A.* 1618. 4.

Alius DANIEL FABRICIUS, cujus Homiliæ in Paſſionem & Reſurrectionem JESU CHRISTI *A.* 1640. & 1661. editæ ſunt Baſileæ forma chartarum quadruplicata.

DAVID FABRICIUS *Aſtrologiæ* non incurioſus, qui ſuis ſe oculis incolas Lunæ obſervaſſe temere jactavit, teſte Joanne *Argolo* & Hieronymo Vitali.

EBERHARDUS FABRICIUS Gailium Enucleatum ſive repetitionum librum in Gailii Obſervationes practicas edidit Col. 1661. cæteriſq; Gailii annotatoribus præfertur ab Erico Mauritio τῷ μακαρίτῃ in præfat. ad Conſilia Kilonienſia. Eidem Eberhardo debemus Gloriam Fuldæ, ſive vitam & res geſtas *Abbatum* Fuldenſium quotquot à fundata *A.* 1644. *Abbatia* præfuerunt. Gieſſæ *A.* 1655. 8.

ERICUS FABRICIUS Holmienſis, cujus hæc referuntur à Johanne Schefero in Svecia litterata: Introductio Hiſtorica, oſtendens quomodo Europa, *Aſia* & *Africa* à filiis & poſteritate Noæ ſucceſſione temporis fuerint occupatæ & poſſeſſæ. Holmiæ 1615. 8. Canon Theologicorum principiorum. *A.* 1616. Eteometrum, demonſtrans annorum ſupputationis & varietatem & difficultatem ab exordio Mundi ad nativitatem Chriſti, proſa & ligate. *A.* 1617.

ERNESTUS FRIDERICUS FABRICIUS Medi-

Medicinæ Galenicæ atque Hermeticæ anatomen Philoſophicam prælis ſubjecit Francofurti 1633. fol.

ESCHILLUS FABRICIUS Scholæ Braheæ in Svecia Rector, ſermone patrio publicavit excerpta de miraculis quæ contigerunt à temporibus Antonini Pii ad Rudolphum Imperatorem, collecta ex Hiſtoria Chriſtiani Matthiæ. Winſingoburgi *A.* 1671. 8.

FRANCISCUS FABRICIUS Marcoduramus, ex agro Juliacenſi diœceſis Colonienſis: præceptoribus uſus Hadr. Turnebo ac Petro Ramo Gymnaſii Duſſeldorpienſis in Montenſi Ducatu Rector, vir Græce latineq; doctiſſimus obiit 25. Martii *A.* 1573. ætatis 47. laudatus Thuano libro LVI. *A.* Schotto IV. 2. Tullianar. quæſt. Martino Hanckio lib. 2. de Rom. rerum Scriptoribus p. 144. Valerio Andreæ Bibl. Belg. p. 273. Sweertio Athen. Belg. p. 243. In monumentis ejus familiam ducit *Hiſtoria Vitæ Ciceronis* ſummo ſtudio ſcripta & digeſta per Conſules, quæ Jacobo Fabricio perperam tribuitur à Beughemio in Bibliographia Hiſtorica p. 87. & poſt primam editionem Colon. 1563. 8. non modo ſæpius prodiit ſeparatim, ſed & præſtantiſſimis Ciceronis Editionibus præmiſſa eſt, ut Venetæ Manutiorum, & Gruterianæ, itemque Schreveliane & locis aliquot integrior Gronovianæ. Editiones quasdam annotavit Thomas Crenius V. C. parte 2. animadverſionum Philologico Hiſt. p. 193. ſq. Quod vero ibidem legas Franciſcum hunc Fabricium fuiſſe

patre natum M. Johanne Fabricio Bolando, qui motus Monaſterienſes Anabaptiſtarum *A.* 1546. deſcripſit, & Franciſco Walderto ejuſdem Monaſterii Epiſcopo inſcripſit, à quo etiam filium ſuum Franciſci nomine inſigniverit, hoc non poſſum conciliare cum Jo. *A*rcomii Hagienſis Epigrammate quod præceptori ſuo Franciſco Fabricio ſcriptum refert Valerius *A*ndreas, in hoc enim fabri ferrarii filius fuiſſe haud obſcure traditur, niſi id ad alterum Franciſcum Fabricium referri potius debet.

Fabricius fabricatur opes juvenilibus annis,
Cujus erat genitor non minus arte faber.
Sed quanto vili meus præſtat corpore, tanto
Ingenii patrem dexteritate præit.
Cecropiæ nunquam genitor juga ſacra ſubivit,
Cum Siculo excudit filius arma Deo.
Palladis inq; arces ad ſumma cacumina ſcandit,
Unde hominum errrores corrigit atq; videt.
Ergo Fabricius gemino ſic munere cinctus,
Et belli & pacis tempore tutus erit.
Cecropiæ auxilium te adverſum Zoile præſto eſt,
Te adverſum Martem Mulciber arma gerit.

Quæ præterea de noſtro Crenius Codici Hiſtoriæ Ciceronis à viro docto adſcripta reperit, hæc ſunt: *Fratrem Philippum habuit. In bonis litteris ab ineunte ætate innutritus Lutetiæ Petrum Ramum audivit. Poſt Johannem Monhemium Elverfeldenſem primum Duſſeldorpienſis Gymnaſii à Wilhelmo*

helmo Cliviæ, Juliæ, Montiū Duce Anno CIↃ IↃXLIII. conſtituti Rectorem, ipſo ætate & laboribus fracto, anno CIↃ IↃ LXIII. moderamen ejus ſubiit. Et poſt mortem illius quæ IX. Sept. Anno CIↃ IↃ LXIV. accidit, ſolus habenas ejus cum Betulao & Orydrio Collegis capesſivit. Hunc magni Viri Carolus Utenhovius, Pater & filius, Adrianus Turnebus Gallus, Adrianus Junius, Blotius, Theodorus Zwingerus, Paulus Meliſſus, Guil. Xylander, Pithopœus, Dionyſ. Lambinus, aliique ob eximiam & raram eruditionem coluerunt. Sed ecce tibi alia Franciſci hujus Fabricii ſcripta:

Annotationes in Pub. Terentii Comœdias, Antw. 1567. 12. una cum Mureti notis in eundem Comicum & Lipſ. 1574. 1580. 8. Etiam in titulo editionis Terentii Pareanæ A. 1619. 4. memorantur ſed in libro ipſo fruſtra eas quæſiveris.

In Tuſculanas Ciceronis quæſtiones. Colon. 1569. & 1583. 8.

In Orationes Ciceronis pro Q. Ligario, 1. & 2. Verrinam, pro lege Manilia, pro M. Fontejo, pro Milone, de aruſpicum reſponſis & de provinciis Conſularibus. ibid. & Duſſeldorp. 8.

In Pauli Oroſii Hiſtoriam Scholia. Colon. 1573. 8. & Moguntiæ 1615. 8. quam editionem recognovit Andreas Schottus.

Diſciplina Scholæ Duſſeldorpienſis. Duſſeldorp. 1566. 8.

Tranſtulit quoque latine *Lyſiæ Orationem pro Eratoſthenis cæde*, itemque alteram *funebrem*, nec non Plutarchi librum de puerorum inſtitu-

tione, additis notis. Antwerp. 1562. 8. ad A. 1573.

Fallitur porro Antonius Teiſſerius V. C. qui in additionibus ad Elogia Thuanea T. 1. p. 406. *Illum* quem Thuanus laudat Fabricium diverſum facit à Marcodurano. Sed alius, opinor, fuit Franciſcus Fabricius cujus *de motibus ſub Henrico III. Gallicis* A. 1587. 8. editus liber fertur.

Alius certe eſt FRANCISCUS FABRICIUS Ruræmondanus Medicus Aquisgranenſis, quem à Græcarum litterarum peritia celebrat Valerius Andreas. Ejus ſcripta ſunt:

De balaeorum naturalium, maxime eorum quæ ſunt Aquisgrani & Porceti *natura & facultatibus*, tum qua ratione illis utendum ſit, libellus Colon. 1546. 8. 1564. 4. 1616. 8.

Conſilia de Arthritide inter conſilia doctorum Virorum de hoc argumento collecta ab Henrico Garetio Lovanienſi. Francof. 1592. 8.

Tragœdia *Gregorii Nazianzeni*, quæ *CHRISTUS patiens* inſcribitur, *latinis verſibus* reddita. Colon. & Antw. 1550. 8.

Fovet & hodie Paſtorem & Profeſſorem Theologum Franciſcum Fabricium Leida, cujus Oratio inauguralis de CHRISTO unico & perpetuo Eccleſiæ fundamento lucem vidit ſub auſpicium Anni 1706. Verum de ſolis illis me dicendum ſuſcipere memini Fabriciis, qui diem jam ſuum obierunt.

FRIDERICUS FABRICIUS Corpus Juris Cameralis vulgavit Francoſ. 1623. 4. deſcriptum

ptum magnam partem è Jo. Forſteri Proceſſu Camerali qui prodiit Mülhuſæ 1606. 4. ut notatum Vincentio Placcio τῷ μακαρίτῃ in theatro Pſeudonymorum p. 287.

Alius FRIDERICUS FABRICIUS Gedanenſis qui Vincentii Fabricii Patris ſui Opuſcula poſt ipſius fata junctim edidit Lipſiæ A. 1685. 8. ut dicam infra in Vincentio.

Alius FRIDERICUS FABRICIUS Doctor & Paſtor ad S. Nicolai Templum & Senior Sacri Miniſterii Sedinenſis, denatus A. 1703. ætatis 62. cujus vitæ ſumma capita referunt Hiſtoricæ relationes Hamburgenſes A. 1704. p. 70. ſeq. Nova litteraria maris Baltici A. 1704. p. 71. ſeq. & D. Jo. Georgius Roſerus in programmate quod Memoriis Theologorum integrum p. 1511. inſeruit Eccleſiaſtes Lipſienſis jam ſupra ex merito nobis laudatus Henricus Pippingius. Edita ab eo ſunt Carmina varia & poëmata vernaculo idiomate non infeliciter compoſita, & Homiliæ. Vertit etiam latine juvenis admodum Davidis Kimchi Rabbini commentarium in Malachiam, & diſſertationes Theologicas vulgavit de fide dæmonum, Jen. 1663. & de Samaritaniſmo Pontificio Sociniano Fanatico. Witeb. 1691.

GABRIEL FABRICIUS cujus extat reſponſio ad Bezam Vezelium quem Ecebolium appellat. Prodiit libellus Pariſ. 1567. 8.

GEORGIUS ANDREAS FABRICIUS poſt alia officia Scholaſtica cum laude geſta ab A. 1626. Rector Mülhuſinus, in Horis ſuis ſubci-

ſivis Poëticis ſeu variis Anagrammatibus, Epigrammatibus & Epicis, Goslar. 1618. 12. de ſe atque familia ſua hæc inter alia ſcribit:

Fabricios proavos, patrem, patriamque, deinde
Vitam vis? tenui carmine lector habe.
En atavum, DONATUS erat, qui nomine primus
Chemnicii Myſiæ donat in urbe genus.
Hinc abavus MATTHÆUS erat, proavuſque GEORGIUS a)
Hinc avus ANDREAS b) *nomine clarus erat.*
Inde THEODOSIUS c) *pater eſt, pater optimus, at qui*
Ante diem fato clauſerat ille diem.
Hertzbergæ naſcor, Gættingæ paſcor & artis
Fundamenta loco: poſtea Jena polit.
Hinc Witeberga capit: poſt mactat honore, Magiſtris
Me quater octonis quando præire jubet.
Oldenburgiaci gero ludi ſceptra vocatus,
Meque ſub hac opera tertia meſſis habet.

Gættin-

a) Hic Georg Goldſchmid nomine, & re ipſa atq; opificio faber aurarius, pater fuit celebris illius Georgii Fabricii Chemnicenſis de quo mox dicturus ſum, & quem ipſum aurariæ officinæ deſtinaverat, ni Joannes Scultetus præceptor ejus à quo commendatus Joanni Rivio eſt, interceſſiſſet.

b) Hic Andreas, de quo ſupra, Georgii Frater.

c) De hoc Theodoſio infra ſuo loco dixi.

Gœttingam inde vocor, Jova ſtatuente, Lyceo
Præficior ſtudiis Gymnaſiarcha bonis.
Heic vivo, vivamque Tibi, mi CHRISTE, libenter,
Eſt porro in manibus ſors mea fixa tuis.

Scripta ejus diligenter referuntur à Clariſſ. Viro Joachimo Meiero in Schediaſmate quod inſertum legitur Novis litterariis Germaniæ, Hamburgi ab Anno jam 1703. cum laude publicari ſolitis ab indefeſſi viris ſtudii Petro Ambroſio Lehmanno Potentiſſ. Regis & Electoris Sax. Frid. Auguſti nunc à Secretis, & Gotfrido Strasbergio A. 1705. p. 357. ſunt autem hæc:

Theſaurus Philoſophicus ſive tabulæ totius Philoſophiæ ſyſtema præceptis & exemplis complectentes. Brunſvigæ 1624. fol.

Catena Apoſtolica, ſeu omnium librorum N. T. Analyſis Logico Topica. Lipſ. 1634. fol.

Diſcurſus Philoſophicus de definitione Philoſophiæ. Mülhuſ. 1629. 4.

Socratica totius Organi Ariſtotelici ad fontes Rameos reductio. ibid. 1631. 4.

Tractatio quæſtionis an Ramus ſit peſtis Scholarum? ibid. 1631. 4.

Vindiciæ Veritatis adverſus Ramomaſtygen Gœttingenſem. ibid. 1632.

Theatridium Phyſicum. ibid. 1632. 4.

Crux domeſtica. Mülhuſ. 1626.

Corona anni, beneficiorum divinorum ſpiritualium floſculis in pædagogio Gœttingenſi à tribus Gratiis vicaria diſcipulorum manu triplici orationis filo ſecta. Gvelpherbyti 1618.

Miſſus octo ferculorum cum Oxybapho triplici embammatis amariſſimi amicis magnis in Pomerania paratus & appoſitus. Stetini 1624.

Diſſertatio inauguralis de conſtituendo Gymnaſio in Imperiali Mulhuſana Republica. Inauguratio poëtica Auditorii Cathedræ, ſubſelliorum in Gymnaſio Mulhuſino. Mülhuſ. 1626. 4.

Sacrum anniverſarium fundationis Scholæ Mülhuſinæ. ibid. 1627. 4.

Oratio de virore, flore, fructuq; Pædagogii Gœttingenſis, ibid. 1636. 4.

Piſcis exeſto, ſeu ſilentium Pythagoricum. Mülhuſ. 1628.

Joſephus. 1628. Arca Noæ. 1630.

Diſceptatio de origine montium. Mülhuſ. 1627.

Cœlum Mülhuſinum. ibid. 1632.

Speculum Aſtronomicum. Goslar. 1624.

Ethica, Politica, Aſtronomica. Compendium Theologicum. Mülhuſ. 1621. 12.

Libri duo quibus Petri Rami Dialectica verbis Philippi Melanchthonis exponitur. ibid. 1633. 12.

Ex ineditis ſunt Catena Prophetica ad ductum Catenæ Apoſtolicæ elaborata: & Corona Anni h. e. omnium Evangeliorum & Epiſtolarum Dominicalium Tropologia & Schematologia. Diſputationes item & Orationes varii argumenti.

GEORGIUS FABRICIUS Chemnicenſis, vir de Antiquitate ſacra & profana, Hiſtoriaque Germanica & de litteris univerſe præclariſſime promeritus & magnis utique viris annumerandus, Natus A. 1516. & poſt ſtudia ſub Joanne Rivio

Rivio Viro doctiſſ. Rectore Annæmontano & in Academiis Germaniæ non infeliciter tractata & Lipſiæ atque Freibergæ periculo facto muneris Scholaſtici, Ephorus datus Wolfgango de Werthern cum illo Italiam inviſit *A.* 1539. ibique Antiquitatum rudera accurate ſpeculatus fuit. Reverſus Miſnenſi Lyceo præfuit per annos amplius XXVI, defunctus A. 1571. relicta uxore Maria Magdalena vidua cum quatuor filiis Georgio, Jacobo, (de quo infra) Henrico & Chriſtiano, filiabuſque tribus, Magdalena, Margareta, Anna. Diſcipulos habuit innumerabiles & in his præclaros multos, alios etiam ingratos à quibus non levi detrimento affectus velut ſymboli in morem utebatur dicto annum indicante natalem, *nVsqVaM tVta fIDes.* Verſu etiam valuit & ab Imp. Maximiliano II. paulo ante obitum *A.* 1570. 7. Dec. lauream cum Nobilitatis inſignibus tulit. Summa ejus fuit pietas modeſtiaque, ut ex omnibus ejus monumentis elucet. Nec vane de ſe ipſe ſcripſit in hanc ſententiam;

Fabricius ſtuduit bene de pietate mereri,
Sed quicquid potuit, gloria CHRISTE tua eſt.

In latinis pluſquam in Græcis vidit, neque tamen ideo meruit ut H. Stephanus de eo ſcriberet ut de viro *tam bene de latina lingua, quam male de Græca merito*, præf. de bene inſtituendis Græcæ linguæ ſtudiis. De Fabricio hoc

B 5 con-

conſuli poſſunt præter Matthæi Dreſſeri Orationem quæ in illius Rhetorica legitur & Epitaphia à Joach. Camerario aliiſque ſcripta & Lipſiæ 1571. 4. edita, Melchior Adamus in vitis Germanorum Philoſophorum, Henricus Pantaleo parte 3. proſopagraphiæ, David Chytræus ſub extremum libri XXII. Chron. Saxoniæ, Jacobus Gaddius de ſcriptoribus non Eccleſiaſticis T. 1. p. 216. tum Petrus Albinus in Chronico Miſnenſi p. 362. ſeq. qui Fabricium & Georgium Agricolam doctiſſimos Miſnenſium fuiſſe non dubitat, Martinus Hanckius libro utroque de Romanarum rerum ſcriptoribus, Antonius Teiſſerius in additionibus ad elogia Thuanea, Jo. Petrus Lotichius in Bibl. Poëtica III. p. 63. Antonius Clarmundus ſive qui ſub illo nomina latet Jo. Chriſtophorus Rudigerus parte tertia vitarũ Germanica lingua ſcriptarum, & Thomas Pope Blount in celebrium ſcriptorum Cenſura. Jam Scripta ejus quorum Catalogus poſt præfat. in Origines Saxon. & apud Geſnerum, Simlerumque & Albinum texitur, in claſſes digeſta referre juvat:

1. Poëmata varia.

Poëmatum ſacrorum libri XV. Baſil. 1567. 8. duobus Volum. In his Odarum ad DEUM omnipotentem libri tres, undeſexaginta carminum generibus, qui prodierant ibid. *A.* 1552. Hymnorum libri duo. ibid. 1553. Victoriarum cœleſtium liber elegiaco carmine, in quibus Angelici;

gelici, Heroici & hoſtiles triumphi ex V.T. ibid. Pæaraum Angelicorum libri III. Lipſ. 8. Pietatis puerilis liber uns, elegiaco & mixtis quibuſdam carminum generibus. ibid. 1553. Antiquæ Scholæ Chriſtianæ puerilis libri 2. Baſil. 1565.8. Epithalamiorum liber Lipſ. 1549.1551. Conſolatio ad Valentinum Gravium de morte Helenæ uxoris *A.* 1550. Elegia ad Philippum Melanchthonem de i fante qui quinto ante partum die ploravit in utero materno A. 1551. Precatio ad DEUM Spiritum S. excuſa Lipſiæ & Norimbergæ. Odæ aliquot antiTurcicæ. Isleb.1603.

2. Sacra & Miſcellanea quædam.

Commentarius poſtumus, hymni & precationes in Geneſin, cum Præf. Jo. Pappi. Lipſ.1584. 8. Argent. 1584. 4.

Summa Evangeliorum Dominicalium. Argentor. 1583. 8.

De metallicis rebus ac nominibus obſervationes variæ à Geſnero editæ Tiguri 1567. 8,

Quasdam G. Fabricii Epiſtolas vulgavit Jo.Gotfridus Olearius in ſcrinio Antiquario Halæ 1671. 8. p. 135. ſeq.

2. Scripta Hiſt. argumenti.

1. *Roma* ſive liber utiliſſimus de veteris Romæ ſitu, regionibus, viis, templis & aliis ædificiis. Baſil.

Baſil. 1551. 1560. 8. ſæpiuſque alibi etiam in Roma illuſtrata ſub A. Thyſii nomine edita: ſed auctior Baſil. 1587. 8. ex qua editione recuſus T. 3. theſauri Antiqv. Rom. Dicavit hunc librum Fabricius Wolfgango Wertero viro claro & docto, Theodorici Equitis & Juriſconſulti filio.

Antiquitatum libri II. Argentorat. apud Blaſium Fabricium 1540. & apud Oporin. 1549. 1560. 8. auctioreſque Lipſiæ & in tres digeſti libros Baſil. 1587. 8. De hoc opere præclaro quo varia antiqua monumenta illo tempore maximam partem inedita Fabricius congeſſit, dicere me memini lib. IV. Bibl. latinæ c. 5.

Rerum in Germania, Saxonia præcipue, memorabilium libri II. cum continuatione Jacobi filii. Witeb. 1609. fol.

Originum Saxonicarum libri VI. cura Jacobi filii editi Jenæ 1598. fol. Confer Clariſſ. Hankium lib. 2. de Rom. rer. ſcriptoribus p. 366. ſeq.

De Saxoniæ Ducibus Electoribus liber. ibid. & cum aliis ſex libris rerum Miſnicarum. Lipſ. 1669. 4.

De Marchionibus Miſnenſibus liber, elegiaco carmine. ibid. 1598. fol. & 1669. 4

Urbis Miſnæ Annales libris III. Lipſ. 1669. 4. & una cum memorabilibus Witeb. 1609. fol. Originibusq; Saxonicis Jen. 1598. fol.

Siffridi Miſnenſis presbyteri Epitomes libri 2. Lipſ. 1669. 4.

Itinera Romanum primum, Neapolitanum, Romanum

manum ſecundum, Patavinum, Chemnicenſe, Argentoratenſe, carmine deſcriptæ Lipſ. 1547. 4. Baſil. 1551. 1560. 8. Epiſtolis ſex, exquiſito verſu Hexametro, quod Olai Borrichii ètiam judicium eſt p. 129. de Poëtis.

Germania, Poëma ſub nomine *Gerardi Fauſti* editum, notante Vincentio Placcio τῷ μακαρίτῃ Theatro Pſeudonymor. num. 1032. Sed verus titulus libri & qualis exſtat in Catalogo Bibl. Francof. p. 103. *Poëtæ Germani & exteri, Hiſtorici Germaniæ, JCti recentiores, Medici ſingulis diſtichis deſcripti.* Gorlit. 1573. 8.

Diſticha de Hiſtoricis & Chronographis Germanicis, item de Muſicis quibusdam & VII. Græciæ ſapientibus, de quatuor ætatibus & de quatuor virtutibus. Argentorati 1546. 8.

Jo. Rivii vita, Operibus hujus præmiſſa. Baſil. 1562. fol.

Wolfg. Drechſelii Chronicon Saracenicum & Turcicum emendatum & auctum cum appendice, cui ſecundam appendicem adjecit V. C. Jo. Reiskius. Lipſ. 1587. 8.

3. Veteres Scriptores recenſiti vel illuſtrati.

Commentarius in Paanas tres Prudentii, Sedulii & Fortunati de vita & morte CHRISTI, atq; in hymnos tres alios Prudentii & in Romanum Martyrem brevis expoſitio. Lipſ. 1568. 8. & in editione Prudentii Weitziana. Hanov. 1613. 8.

Poëtæ

Poëtæ Veteres La[...]i Eccleſiaſtici, cum notis. Baſil. 1562. 4. De hac collectione dixi libro IV. Bibl. latinæ capite 2.

Fragmenta Plauti, ad calcem hujus Comici à Joach. Camerario recenſiti. Baſil. 1558. 8.

Notæ in Terentium Argent. 1548. 8. Francof. 1550. 8. & Joach. Camerario curante Lipſ. 1574. 8. tum in editione Terentii Pareana, Neapoli Nemetum 1619. 4. Liber vero de fabularum, ludorum, Theatrorum, Scenarum ac Scenicorum antiqua conſuetudine libellus qui T. VIII. theſauri Antiqv. Græcarum Gronoviani p. 1695. extat, & in indice T. 13. ad Georgium Fabricium refertur, alium neſcio quem auctorem habet.

In Virgilium caſtigationes Lipſ. 1551. 1591. 8. & veteres Virgilii interpretes, *Servius, Donatus* ab eo recenſiti. Baſil. 1551. 1561. 1575. 1586. 1613. fol.

In Horatium Lipſ. 1571. 1578. 1588. 1605. 8. & veteres Horatii interpretes ab eo recenſiti. Baſil. 1555. 1580. fol.

Publii Syri ſententiæ, ineditis viginti auctæ, una cum pluribus gnomis undique collectis & digeſtis ſecundum ordinem litterarum. Lipſ. 1550. 1567. 8. Baſil. 1555. 8. cum ejuſdem & Eraſmi expoſitionibus.

Diſſ. de Carminum apud Senecam Tragicum generibꝰ. extat etiam in editione Senecæ Scriveriana Lugd. Batav. 1621. 8. aliiſque.

Flavii

Flavii Soſipatri Chariſii Grammatici Inſtitutionum Grammaticarum libri V. caſtigati. Baſil. 1551. 8.

Cornelius Fronto aliique de proprietate & differentia latini Sermonis. Lipſ. 1569. 8.

4 In uſus puerorum & Scholarum.

Hiſtoriæ Sacræ libri X. Lipſ. 1564. 8. 1570. 1580. 8. & edente Jacobo filio. 1610. 8. & cum notis Joh. Seb. Mitternachti, Gieſſæ 1669. 8. Hujus Hiſtoriæ exemplum poſſideo cui Lipſiæ in Collegio cui à S. Paulo nomen eſt forte à ſe reperto hos verſiculos manu ſua inſcripſit vir præclarus Jacobus Thomaſius:

Dum loca Paulini quæ ſunt ſub carcere luſtro,
Hunc ubi verſiculum Sancta Maria gerit:
Ortus & Occaſus, Aquilo mihi ſervit & Auſter,
Quæ lapſa è cameris Tenckia ſigna tenent.
Fabricii *invenio* ſacram, *quam forte quis olim*
Incola projecit carceris, Hiſtoriam.
I Fabrici meum, quantumvis ſqualide, dixi,
Quis tam foetenti te ferat eſſe loco?
Servator tibi ſim: me perreptaſſe viciſſim
Hoc antrum, gratus tu mihi teſtis eris.
Cætera non tango, nec enim ſum naris obeſæ,
Satque habeo quod te vindico ab interitu.

De re Poëtica libri VII. Lipſ. 8. 1603.

Elegantiæ Poëticæ ex Ovidio, Tibullo, Propertio. Lipſ. 1560. 8. ſub titulis 217. addito libello de ſyllabarum quantitate.

Auten-

Sententiæ è Plauto & Terentio, formulæque loquendi, libri 2. ibid.

Elegantiarum puerilium è Ciceronis Epiſtolis libri 3.

De Syntaxi partium Orationis apud Græcos. Argentor. 1546. 1555. Uratislav. 1549. & Pariſ. apud Guil. Morellum.

Alius GEORGIUS FABRICIUS, Sleſwicenſis, cujus Oratio de ſuſpicione vidit lucem Hamburgi 1614. 4.

Alius GEORGIUS FABRICIUS, cujus diſſertatio inauguralis de Collegiis Opificum prœla ſubiit Jenæ A. 1655. 4.

GOTFRIDUS FABRICIUS, Leodius, Andreæ (de quo ſupra) frater ac præceptor, qui Theologiam ac Philoſophiam docuit in Academia Ingolſtadienſi.

GUIDO FABRICIUS BODERIANUS, (Perperam ab hoc diſtinguitur Hendreichio in pandectis Brandenburgicis Guy le Fevre de la Boderie) patria Faleſianus Normannus, Jacobi Fabricii F. Nicolai frater. Regis Galliæ ad Jacobum Angliæ Regem legatus, Orientalium ac Syrarum maxime literarum peritia, ab Iſ. Caſaubono in Epiſtola ad Frontonem Ducum data Lond. 1611. 7. Nonis Julii p. 706. laudatur his verbis: *Atque hæc eadem alium etiam Societatis veſtræ non obſcuri nominis Patrem à ſpectatiſſimæ virtutis & integerrimo viro D. Fabricio Boderiano Chriſtianiſſimi Regis Legato, qui munere ſuo feliciſſime hic perfunctus, in Galliam ante paucos dies eſt reverſus, per literas enixe petiiſſe, & erat literis*

adje-

adjectum Apologetici exemplar, non clam me erat. Inſignem operam præſtitit hic Guido cum Nicolao fratre in Bibliis Regiis Polyglottis Antwerpienſibus, itaque Arias Montanus in præf. ad Biblia Regia *Guidonem Fabricium*, inquit, *tum genere tum ob præclaras animi dotes vere nobilem, atque inter clariſſimos Galliæ Poëtas non immerito connumerandum, Catholicæ Eccleſiæ & religionis Chriſtianæ ſtudioſiſſimum, Hebraici Idiomatis periti ſſimum, atque adeo Syriacæ linguæ inſigni cognitione ornatum, non eſt quod meis verbis hoc loco commendem, Ejus quippe inſignis eruditio & opera qua nos in hoc opere mirifice juvit, ipſa per ſe ſatis prædicant, à Studioſis omnibus huic Viro plurimum deberi.* Alia ejus elogia collegit in Gallia Orientali Paulus Colomeſius. Mihi ſcripta referre ſufficerit, *Dictionarium Syro Chaldaicum*, & *Novum Teſtamentum Syriacum* charactere Hebraico, cum *verſione latina*, circa quam plagii in Eman. Tremellio commiſſi obſcure eum arguit Franciſcus Junius (confer. Jac. Thomaſium §. 427. de plagio literario.) Utraque illa obvia ſunt in Bibliis Regiis Antwerpienſibus.

Severi Alexandrini ſive Antiocheni potius Patriarchæ *de ritibus baptiſmi & ſacræ Synaxis apud Syros* Chriſtianos receptis liber, primum in lucem editus Guidone Fabricio Boderiano exſcriptore & interprete. Antwerp. ap. Plantin. 1572. 4.

Syriacæ linguæ prima elementa. ibid. ad Severi calcem.

L'Encyclie des Secrets de l'Eternité & pluſieurs autres odes & ſonnets. ibid. 1570. 4.

La Galliade, ou de la revolution des Arts & ſciences. à Paris, 1578. 4.

Oeuvres & Melanges Poëtiques. ibid.

Hymnes Eccleſiaſtiques & Cantiques. ibid. 1572. 8. Confer Bibliothecam Gallicam Franciſci Grudei Crucimanii, (La Croix du Maine.)

GUILELMUS FABRICIUS, Canonicus Pictavienſis, à quo ſe in editione Bibliorum latinorum A. 1540. ad MSS. Codd. exacte collatorum adjutum teſtatur Robertus Stephanus, virum Hebraice, Græce & latine eruditiſſimum celebrans.

Alius GUILELMUS FABRICIUS Noviomagus, Theologus & librorum cenſor in Academia Lovanienſi, Decan. ad D. Petri & Privilegiorũ Academiæ conſervator. defunctus A. 1628. Edidit *Enarrationem in Dominicam Paſſionem* è variis *Leonis M.* locis ac ſermonibus erutam, cum Iſagoge & notis. Lovan. 1600. 8. Tum nomine ſuo præterito *Confutationem Cenſuræ quorundam Theologorum Pariſienſium* ſub nomine Facultatis Theol. Pariſienſis editæ in quasdam Propoſitiones ex *Antonii Sanctarelli* libris collectas. ibid. 1627. 4. Illam Cenſuram acrem & doctam vocat Gramondus lib. XV. Hiſt. ad A. 1626.

Alius GUILIELMUS FABRICIUS, Hildanus, Helvetius, Georgii Friderici Marchionis Badenſis atque inde Reip. Bernenſis Medicus ac Chirurgus eximius denatus Bernæ A. 1634. ætatis 74. Scripta reliquit non pauca, quæ maximam partem

partem continentur in Volumine edito Francof. 1646. fol. cujus titulus: *Opera Obſervationum & Curationum Medico Chirurgicarum quæ extant omnia.* In his occurrunt *Obſervationum & Curationum Centuriæ ſex*, vulgatæ antea ſeparatis voluminibus A. 1606. 1611. 1614. 1619. 1627. tum quoque conjunctim Lugd. 1641. 4.

De conſervanda Valetudine, de thermis Valleſianis, & Acidulis Griesbacenſibus Conſilium, quod prodierat Francof. 1629. 4.

De thermis Fabarienſibus ſive Piperinis in Rhætia, de extractione fœtus mortui, & de Magiſtralibus quorundam Medicamentorum compoſitionibus Epiſtola ad D. Paulum Croquerum. ibid.

De Dyſenteria liber. Oppenheim. 1616. 8.

De Lithotomia veſicæ liber, ex Germanico latine verſus per Henr. Schobingerum, Sangallenſem. Baſil. 1628. 4. & Anglice Lond. 1640. 8.

De Gangræna & ſphacelo tractatus Methodicus. Francof. 1600. 8. Oppenheim. 1617. 4. Hunc librum Hieronymo Fabricio ab Aquapendente perperam tribuit Vir Clariſſ. Henningus Witte in memoriis Medicorum p. 48.

De Ichore & Meliceria Celſi.

Herniæ uterinæ Hiſtoria Michaëlis Dœringii, cum reſponſione ad ejus Epiſtolam, in qua varia de affectibus uterinis, extractione fœtus mortui, Mercurio & Antimonio.

De Combuſtionibus quæ oleo, aqua fervida, ferro candenti, pulvere tormentario, fulmine &

quavis alia materia ignita fiunt, liber, una cum buſto ſive memoria D. Caroli Utenhovii. *Baſil.* 1607. 8.

De vulnere graviſſimo à ſclopeti ictu, obſervatio & curatio ſingularis, cum inſtrumentorum novorum adumbratione. Oppenheim. 1614. 8.

Tractatus *de ſclopetaria Curatione*, latine redditus per Jo. Henr. Cavalerum.

Epiſtolarum ad Amicos, horumque ad Fabricium Centuria una.

Ciſta militaris, hoc eſt deſignatio præcipuorum Medicamentorum, Inſtrumentorumque, quibus Medicum Caſtrenſem inſtructum eſſe convenit.

Memorantur Clariſſ. Merklino in Lindenio renovato etiam ſeparatim *obſervatio de trichiaſi ſive* mictione pilorum, alia item *de ſemine aniſi carbonibus & pilis cum urina rejectis* atque tertia *de monſtro Lauſannæ exciſo.* Verum & hæ in Obſervationum centuriis leguntur. Prodiit & ſeparatim *de prodigioſis inediis* obſervatio *Bernæ* 1604. 4. Prætereo quæ ab Henningo Wittenio in *Biographia* referuntur ſcripta Germanice. *Tractatus de præſtantia Anatomes, De miſeria Vitæ humanæ, De Chriſtianorum comeſſandi ratione* (ita transfert Vir Cl. titulum libri *Francof.* 1624. 4. editi Chriſtlicher Schlaf-Trunck /) *& de Angina.*

HENRICUS FABRICIUS Epiſcopus Spirenſis, *Laurentii Surii Chronicon* è latino in Germanicum

cum tranſtulit idioma Coloniæ 1568. fol. Vitas Sanctorum 1585. fol. & *Catechiſmum Romanæ Eccleſiæ* è majore Catechiſmo Tridentini Concilii excerptum. ibid. 1570. & Oeniponti 1600.8.

Alius HENRICUS FABRICIUS Tabernæmontanus (Bergzabern in ditione Bipontina) Emanuelis Tremellii in Schola Hornbacenſi & in Argentoratenſi Academia Joannis Sturmii diſcipulus, in Comitiis Spirenſibus A. 1572. Ordinum Belgii ad Imp. Maximilianum interpres ab eo laurea poëtica donatus, ut narrat Melchior Adamus in vitis Medicorum p. 187. Philoſophiæ ac Medicinæ Doctor ſalutatus eſt Baſileæ A. 1574. Hornbacum ex Italia reverſo profeſſio Philoſophica ac deinde Rectura Gymnaſii commiſſa eſt quam geſſit uſque ad A. 1600. quo rude donatus eſt à Joanne Palatino Principe: Obiit A. 1612. Edidit *gratulationem Heidelbergæ ad Caſimirum Comitem Palatinum Rheni & Eliſabetham Auguſti Saxoniæ Principis filiam.* Heidelberg. 1570. *Vitam Hieronymi Tragi* Medici Uratislavienſis, *Epigrammata* item quæ rotunda & ſuavia Adamus appellat, apud quem hoc quoque extat Epitaphium noſtro poſitum ſatis glorioſum:

Qui CHRISTUM coluit, coletq; in ævum,
Iſta Fabricius recumbit urna,
Summus Philoſophus, Poëta ſummus,
Et ſummus Medicus. Dolete Amici.

HENRICUS FABRICIUS alius, Jacobi Fabricii Archiatri Danici (de quo infra) filius edi-

dit Orationem de Julii Cæſaris rebus præclare geſtis. Hafniæ 1640. 4.

HIERONYMUS FABRICIUS ab Aquapendente Thuſciæ civitate, ſollers ille operum Naturæ indagator & Myſteriorum epopta (ut vocatur à Petro Petito IV. 9. Miſc.) Patavii Gabrieli Fallopio præceptori ſuo ſucceſſit & Chirurgica Anatomicaque docuit, extinctus A. 1619. ætat 82. Ob inſignem doctrinam à Senatu Veneto Equitibus S. Marci adſcriptum & aureo torque donatum conſtat. Pro funere eum laudavit Joannes Thuilius, cujus Orationem exhibet Henningus Witte vir de Hiſtoria litteraria ſæculi ſuperioris meritiſſimus in memoriis Medicorum p. 38. Conſuli etiam poſſunt de Hieronymo noſtro Carolus Patinus in Gymnaſio Patavino, & elogia Patavina Jo. Phil. Thomaſini, Paulus item Freherus in theatro virorum doctrinæ & ingenii laude illuſtrium, & Georgius Abraham Merklinus in Lindenio renovato. Mihi ſatis fuerit ſcripta illius ſuccincte eſſe perſecutum, ſunt vero hæc:

Opera Anatomica de formato fœtu, de formatione ovi & pulli, de locutione & ejus inſtrumentis, & de brutorum loquela. Patav. 1625. Francof. 1623. 1648. fol. Horum pleraque etiam ſeparatim prodierunt.

De viſione, voce, auditu. Venet. 1600. Patav. 1603. Francof. 1605. 1613. fol.

De Muſculi artificio & oſſium dearticulationibus. Vicentiæ 1614. 4.

De

De reſpiratione & ejus inſtrumentis libri duo. Patav. 1615. 4. Venet. 1620, 4.

De Motu animalium ſecundum totum Venet. 1610. Patav. 1618. 4.

De gula, ventriculo & inteſtinis tractatus. Patav. 1618. 4.

De totius animalis integumentis opuſculum. Patav. 1618. 1642. 4.

Pentateuchos Chirurgicum ſeu *libri V. Chirurgiæ.* Francof. 1592. 1604. 8.

Opera Chirurgica, in quibus præter pentateuchum jam memoratum occurrunt *operationes* Chirurgicæ & *inſtrumentorum* enumeratio, cum diſſ. de abuſu cucurbitularum in febribus putridis Patav. 1647. & 1666. fol. additis figuris æ:e deſcriptis. Extant & Germanice Norimb. 1672.

Medicina Practica è Bibl. Joannis Bourdelotii. Pariſ. 1634. 4.

Conſilia Medica, in Conſiliis Medicinalibus Joſephi Lauterbachii Francof. 1605. 4.

Alius HIERONYMUS FABRICIUS Auguſtanus, Simonis Fabricii, de quo infra, filius, Comitum Caſtellenſium Hohenloicorum nec non Chriſtiani Marchionis Brandenburgici Archiater denatus Winshemii A. 1632. æt. 67. cujus Exercitatio de Mania Baſil. 1595. edita exſtat. Vitam illius deſcribit Paulus Freherus in theatro Virorum eruditorum p. 1362. uſus Concione quam in funere ejus habuit Rochus Meiſterus Sacerdos Winsheimenſis & parentationibns me-

moriæ Fabriciorum Simonis & Hieronymi conſecratis à Filio Jo. Wolfgango Fabricio.

JACOBUS FABRICIUS. Septem hoc nomine recenſet doctiſſimus & accuratæ induſtriæ ſcriptor Joannes Mollerus in Homonymoſcopia p. 672. Horum primus eſt M. Jacobus Fabricius, Georgii Chemnicenſis filius, cui plura parentis ſcripta poſtuma & ante vulgatorum auctiores editiones debemus, ut ſupra in Georgii Fabricii ſcriptis annotavi. Utrum Patri in Rectura Miſnenſi ſucceſſerit non poſſum dicere, at circa idem tempus reperio Jacobum quendam Fabricium præfuiſſe Scholæ Hallenſi in Saxonia.

M. JACOBUS FABRICIUS alter, Phyſices in Academia Hafnienſi ab A. 1540. Profeſſor, deinde Paſtor Osbyenſis in Cimbria, defunctus A. 1566. ætatis 56. de quo Mollerus jubet conſulere Eraſmi Vindingii Academiam Regiam Hafnienſem p. 71. & Canuti Bramtii Nænias p. 15. Scripta ejus nec à Simlero, neque à Bartholino in libro de ſcriptis Danorum nulla memorantur.

Tertius JACOBUS FABRICIUS, Gedanenſis Eccleſiaſtes & Rector Gymnaſii A. 1637. defunctus, de cujus vita & controverſiis quæ ipſi quod Calvini dogmata introducere vellet, cum ſtrenuis vindicibus doctrinæ Lutheranæ interceſſerunt, adeundus Chriſtophorus Hartknochius Hiſtoriæ Eccleſ. Pruſſicæ, Germanico idiomate vulgatæ, libro præſertim tertio. Scripta hujus Jacobi Fabricii ſunt, Germanice edita omnia:

Con-

Conciones tres de S. Cœna, cum præf. D. Pezelii. Steinfort. A. 1599. 4. Et cum adverſus has Michaël Coletus acrem cenſuram ediediſſet ſub titulo: Beweiß-Schrifft daß D. Fabricii Rectorn und Predigers zu Dantzig drey Predigten vom Heil. Abendmahl eine rechte Calviniſche Grund-Suppen / und D. Fabricius ein pur lauter ausbündiger Calviniſt ſey / Königsberg 1608. 4. Fabricius contra ſcripſit refutationem probationis Coleti in tres diſtinctam partes, cujus prima lucem vidit Oppenheimii A. 1613. altera 1615. 4. tertia inedita in Georgii Pauli manibus verſata eſt ut notat Hartknochius p. 789. docens Fabricium hoc ſcripto hiſtoriam certaminum Eccleſiæ Dantiſcanæ quinquaginta amplius annorum fuiſſe complexum. Edidit præterea A. 1603. ſen nomine ſuo non adſcripto Confeſſionem Doctrinæ Civitatum quarundam Boruſſiæ. Perperam Johannes hic Fabricius dicitur in tomo 1. Diarii Biographici Witteniani, & Johannis Fabricii Dantiſcani ab hoc plane diverſi & Orientalium literarum callentiſſimi ſcripta cum iſtius ſcriptis confunduntur, neque hoc in ſecundo Tomo eſt emendatum.

Quartus JACOBUS FABRICIUS, Senior, Tundera Cimber; ex Eccleſiæ Patriæ Diacono Aulæ Holſatico Gottorpienſis ab A. 1588. Eccleſiaſtes & A. 1600. 6. Nov. Hamburgi electus in Paſtorem ad templum S. Catharinæ: cum vero tunc à Principe ſuo non dimitteretur, poſteaq; a Calvinianis prævalentibus, officio pelleretur

(confer laudati Molleri Iſagogen ad Hiſt. Cimbricam p. 614.) electus iterum eſt A. 1610. 17. Jun. in Paſtorem ad S. Jacobi vocatuſque Hamburgum venit & die 3. Auguſti ad hoc munus ſolenni ritu introductus fuit. Inſpector præterea Gymnaſii ab Ampliſſ. Senatu delectus A. 1614. non diu præfuit, jam enim A. 1616. à Sereniſſ. Duce Holſatiæ Friderico iterum vocatus migravit Sleſvicum, & Concionatoris aulici ſupremi atque ab A. 1636. Superintendentis Generalis munere ibi functus eſt uſque ad A. 1640. cujus anni die quinto Nov. octogenario major eſt extinctus. Itaque in Catalogo Lectionum Gymnaſii Hamburgenſis quales publicari quotannis ſolent A. 1616. hæc de Jacobo Fabricio leguntur: *De operis vero & lectionibus quibus impoſterum diligentia illius & labores forent locandi, non eſt quod polliceri Gymnaſio huic aut ſtudioſis quicquam poſſit. DEUS enim qui homines nos quaſi aleæ calculos habet, collocat ubi vult, alium huic, alium alii inſerit loco, etiam illum ad Illuſtriſſimum Sleſvici & Holſatiæ Principem hinc avocavit, ut utriusque Ducatus Eccleſiæ & piorum cœtui magno cum emolumento & ſalute præſit.*

Quintus JACOBUS FABRICIUS Sleſvicenſis, hujus de quo jam dixi filius, Parentis ſui in utroque officio ſacro Coadjutor & ab A. 1640. ſucceſſor ſed non diu poſt patrem, Anno ſcilicet 1645. 24. April. defunctus. De utroq; hoc Sleſvicenſium Eccleſiarum Antiſtite Patre ac filio copioſius edocebimur, cum Clariſſ. Molleri Cimbria litterata

terata lucem viderit, quod cupide exſpectant mecum quotquot rerum ſcitu dignarum cognitione ducuntur.

Sextus JACOBUS FABRICIUS Roſtochienſis, Medicæ artis ac Mathematum, in quo ſtudio Tychonis Brahei inſtitutione uſus fuerat, in patria Academia Profeſſor & Ducum Megapolitanorum primum, deinde potentiſſ. Regis Daniæ Archiater & Prælatus Aarhuſienſis obiit A. 1652. ætatis 75. Hafniæ, ſucceſſorem nactus generum D. Simonem Pauli ut ex programmate conſtat quo memoriam ejus poſt exuvias Roſtochium translatas decoravit B. D. Auguſtus Varenius. Vide Andreæ Tſcherningii Orat. funeri ejus dicatam editamque Roſtoch. 1653. 4. Henningii Wittenii memorias Medicorum p. 144. ſeq. Pauli Freheri Theatrum eruditor. p. 1379. & Jo. Molleri paralipomena ad Albertum Bartholinum de Danorum ſcriptis p. 248. ſeq. Monumenta ingenii hic Fabricius reliquit:

Periculum Medicum, ſeu Poëmatum Juvenilium fœturas priores. Halæ Sax. 1600. 8.

Inſtitutionem Medici, Practicam aggredientis. Roſtoch. 1639. 4.

Uroſcopiam ſeu de urinis tractatum. ibid. 1605. 8.

Diſſertationes de juramento Hippocratis, de incubo, de vertigine, de catarrho, de cephalalgia autumnali, de colica, de peripnevmonia, de pleuritide, de empyematis natura & curatione, de hæmoptyſi ſive ſanguinis per os re-

jectione,

jectione, de phtiſi, de angina, de tuſſi, de aſthmate, de dyſenteria, de ſcorbuto, de variolis & morbillis, de cholera, de ſuffocatione uteri, de ictero, de peſte, de calculo, de deliriis in genere & in ſpecie de phrenitide &c.

Diſſertationem de novantiquo capitis morbo & dolore, cum aliis diſquiſitionibus Medicis, de difficilioribus nonnullis materiis practicis. Roſtoch. 1640. 4.

Orationem de cauſis cruentationis cadaverum praeſente homicida, cum quatuor *programmatis*, inter feſti Academiæ Roſtochienſis Jubilæi A. 1619. celebrati acta p. 345. ſeq. ibid. 1620. 4.

Epiſtolam de Vulneribus Capitis, & aliarum partium, ſingularibus. In Greg. Horſtii obſerv. Medicis prioribus Ulmæ 1628. p. 483. ſeq.

Inedita celebrantur ejus Poëmata, à Thoma Bartholino p. 147. diſſ. de Medicis Poëtis. Prelo paratas etiam præſtantiſſimo Genero reliquit Conſultationes, & in Oſwaldi Crollii Baſilicam Chymicam animadverſiones, quæ necdum viderunt lucem quod ſciam.

Septimus JACOBUS FABRICIUS Goslino Pomeranus, glorioſiſſ. Guſtavi Adolphi Sveciæ Regis primum à Concionibus Caſtrenſibus, deinde Generalis per Pomeraniam Orientalem in vigeſimum uſque annum Superintendens, Paſtor in templo Cathedrali & Profeſſor in Illuſtri Gymnaſio apud Stetinenſes primarius, quem denatum A. 1654. (ætatis 61.) programmate funebri celebravit Jo. Micrælius, quod extat in Henningii

ningi Wittenii Memoriis Theologorum p.1089.
Scripta ejus hæc ſunt:

Oratio inauguralis de agno ſuper montem Sion ſtante. Stetin. 1642. 4.

Gottſeelige Erinnerung vom Heil. Abendmahl. Hamb. 1615. 8.

XXXV. Krieges Fragen aus GOttes Wort und den Schrifften D. Lutheri gründlich beantwortet. Erfurt 1632. 12.

Juſta Guſtaviana oder Chriſtliche Leich-Predigt Guſtavo Adolpho König in Schweden gehalten. Stetin 1633. 4.

Troſt-und Feſt-Predigten. Leipzig 1632. 4.

Gründliche Widerlegung des falſchen Vorgebens/ damit den Weyland großmächtigſten nunmehro aber höchſt-ſeeligſten König zu Schweden Guſtavum Adolphum wegen der Calviniſterey verdächtig zu machen/ein Calviniſcher Prediger aus der Pfaltz Joannes Conradus Hopſius ſich bemühet hat. Stetin 1634. 4.

Diſputationes in Geneſin, & in Epiſt. ad Romanos neſcio an integræ editæ.

Conciones LXXXIII. in librum Judicum. Das edle Wunderbuch der Iſraelitiſchen Richter in 83. Predigten erkläret. Nürnberg 1636. 4.

Hiſtoriſcher Bericht von Bernimo König zu Stetin. ibid. 12.

Geiſtlicher Buß-Krantz in LXVII. Predigten verfaſſet. Stetin 1636. 1644. 4.

Probatio Viſionum, Chriſtliches Bedencken von Geſichtern/ deren etliche können Göttliche Offenbarun-

barungen/ etliche aber Teufeliſche Verführungen ſeyn/müſſen derowegen nothwendig geprüfet und nach Anleitung gewiſſer Kenn Zeichen geprüfet werden. Norimberg. 1642. 4. typographum curante D. Jo. Sauberto. Super hoc libro gravis Fabricio controverſia interceſſit cum Jacobo Stolterfotho Paſtore Lubecenſi, hic enim ei oppoſuit Conſiderationem Viſionum oder Schrifftmäßiges Bedencken / was von Geſichtern heutiges Tages zu halten ſey. Lubec. 1634. 12. Hinc à Fabricio edita *Invicta* quam vocat *viſionum probatio*, oder wolbefeſtigte Widerlegung der nichtigen Schein-Gründe ꝛc. Stolterfothius repoſuit conſiderationem Viſionum Apologeticam Lubec. 1645. 4. & nothwendige höchſt-abgedrungene Warheit und Ehrenrettung wider D. Fabricium Lubec. 1647. Reſpondit Fabricius in der Gebühtmäßigen Ablehnung der gantz unverdienten Schmach welche ꝛc. Stetin 1647. Samuel quoque Pluſterus pro Fabricii ſententia ediderat ſcriptum hoc titulo: Kurtze Hintertreibung des Jrrthums welchen M. Jac. Stolterfoth ausgeſtreuet. ibid. 1646. 4. Extat Stolterfothi kurtze Antwort auf die Charteque Sam. Pluſteri. Lubec. 1646. 4. & contra Fabricium pars ſecunda Apologiæ der nothwendigen höchſt-abgedrungenen Warheit und Ehren-Rettung. ibid. 1648. 4.

Concionum Funebrium Decades V. Stetin. 1650. 4.

Juſtitiæ adminiſtrandæ neceſſitas & utilitas, Land-Tags Predigt aus Deut. XVII. 18-20. ibid. 1640. 4.

JACO-

JACOBUS COSMAS FABRICIUS auctor notarum ſtigmaticarum adverſus Magiſtrum triginta paginarum, qui libello uno Eccleſiaſticam & politicam poteſtatem complexus eſt. Francof. 1612. 4.

JOACHIMUS FABRICIUS, cujus extat Concio de æterna Prædeſtinatione. Witeb. 1593. 4.

Alius JOACHIMUS FABRICIUS Paſtor ad S. Mariæ Stetini, denatus A. 1679. 29. Jul. ætatis 62. qui Quæſtiones Theologicas de Deſcenſu CHRISTI ad inferos, reſurrectione & adſcenſione edidit. Stetin. 1649. 4. ut diſſertationes ejus alias Theologici argumenti, v. g. de Eccleſia de juſtificatione, Concioneſque funebres præteream. Dicitur & idem eſſe *Joach. Fabricius* Freibergenſis, qui Theologiæ ſe ſtudioſum appellat in ſcripto edito Hamburgi 1667. 4. Bedencken über der Schrifft / welche M. Matthæus Bugeus General-Superintendent der Alten Marck / D. Jo. Mollero, Seniori in Hamburg / und ſeinen Glaubens-Bekäntniß entgegen geſetzt.

JOANNES BAPTISTA FABRICIUS, Auguſtanus, Simonis (de quo infra) filius, Rudolphi II. Imp. à Conſiliis, & Advocatus Aulicus A. 1613. defunctus: De eo Paulum Freherum ſi placet vide in theatro virorum eruditorum p. 992. ſeq.

JOANNES FABRICIUS Norimbergenſis, ſucceſſor Andreæ Oſiandri, primi poſt Reformationem ad D. Laurentii ædem Paſtoris, defunctus A. 1558. ætatis 62. De quo idem Freherus p. 177.

177. Filii ejus Andreas, M. Jo. Baptiſta Paſtor Fürtenſis, & David Fabricius.

JOANNES FABRICIUS alter, Jo. Baptiſtæ jam memorati filius, Miniſt. Eccleſiaſtici Norimbergenſis Antiſtes & per duodequadraginta annus ad ædem S. Sebaldi Paſtor.

JOANNES FABRICIUS tertius, Jo. Baptiſtæ nepos, Theologus clariſſimus Altdorfinus & hinc Paſtor Norimbergenſis ad Templum S. Mariæ A. 1676. ætatis 58. denatus die 26. April. cum paulo ante pro concione expoſiturum verba Siracidis XXXVII. 28. *Hominis vita finiti eſt ævi*, apoplexia corripuiſſet. Confer Vitam ipſius Concioni funebri à B. Conrado Feuerlino editæ ſubjectam, Paulum Freherum libro laudato p. 714. Memoriam Jo. Fabricii ſcriptam à D. Jo. Conrado Durrio, quam Reverendus & Patri cognominis filius, Altdorfinus nuper & jam ab A. 1696. Helmſtadienſis Theologus primarius & Abbas Regiæ Luteræ D. JO. FABRICIUS parentis ſui poſtumis *prælectionibus Theologicis in locos Philippi Melanchthonis* præfixit. Magni vero Danielis Omeiſii viri doctiſſimi, nuper eheu litteris elegantioribus erepti verba, quibus de ſcriptis patris Fabricii mentionem facit, prætermittere nefas duxerim. Ita vero ille in Gloria Academiæ Altdorfinæ p. 34. *Sicut Veſpaſianus ajebat Imperatorem ſtantem oportere mori, atque Ivellus celebris in Anglia Epiſcopus, Epiſcopum debere concionantem mori; ita noſter media in Concione & conſpectu confertiſſimi fidelium cœtus ab ore*

ſuo

ſuo pendentis è ſtatione ſua per apoplexiam ad capeſſendum æternæ beatitatis præmium ab Imperatore ſummo evocatus eſt; relicto non tantum filio Plurimum Reverendo, paternarum Virtutum ex aſſe hærede; ſed & monumentis quibusdam; paucis illis quidem; verum è quibus tanquam ex ungue leonem quis cognoſcat: videlicet Tractatu de κακοζηλία gentilium, *diſputationis inſtar Præſide B. Dilherro Jenæ quondam defenſo: è quo ſcripto doctiſſimo doctiſſimus Vir Samuel Bochartus ingenue profeſſus eſt ſe non pauca didiciſſe:* Homiliis *etiam nervoſe ac ſolide adornatis* ad Auguſtanam Confeſſionem, *hisque ſubjunctis notis eruditiſſimis:* (XXVIII. Predigten über die Augſpurgiſche Confeßion/ darin 1. ein Bibliſcher Text erkläret/ 2. der Beweiß des Articuls daraus genommen/ 3. der Nutz deſſelben in unſerm Chriſtenthum gewieſen wird. Norimb. 1652. 4. his adde Conciones III. in exitu & ingreſſu anni. ibid. 1661. 4.) *libello denique qui inſcribitur* Raphaël, *& uſui pietatis tum domi tum inter itinera excitandæ dicatus eſt.* His poſt beatum Viri ex hac vita exitum ſucceſſere Conciones in Jobum: Die Gedult-Schul/ oder CIV. Predigten über den Job/ auch ein geiſtliches A.B.C. oder XXIII. Predigten/ in welchen vierwörtige Sprüche der Heil. Schrifft nach Ordnung der Buchſtaben des Alphabets erkläret werden.

JOANNES FABRICIUS, Eccleſiaſtes Witebergenſis, qui ante decem plus minus annos obiit, cujuſque nihil quicquam extare memini præter Conciones quaſdam in novi anni auſpiciis ſepa-

ratim vulgatas Witebergæ A. 1668. 1672. &c.

JOANNES FABRICIUS Stetinenſis JCtus. Cujus diſſertatio de reſcriptis moratoriis ventilata eſt in Academia Baſileenſi.

JOANNES FABRICIUS Paſtor Zillenzigienſis qui repetitionem fidei Chriſtianæ edidit Francof. 1599. 8. & Germanice, Manuale articulorum fidei. ibid. 1608. 8. ac Roſetum Chriſtianum pro afflictis. ibid. 1585. 8. Norimb. 1602. 12. Magdeb. 1596. 12. Precationum formulas. ibid. 1606. 8.

JOANNES FABRICIUS Friſius, qui de maculis in ſole obſervatis diatribam edidit, Witebergæ A. 1611. 4. Alius Joannes Fabricius qui ex parte Auguſtanæ Confeſſioni addictorum interfuit Colloquio Thorunienſi A. 1645.

JOANNES FABRICIUS Gedanenſis, linguarum Orientalium peritus, ut teſtatur publicatum ab eo teſtamentum Muhamedis, ſpecimenque Arabicum, ſive tria ſcripta Arabica cum verſione & notis Grammaticalibus ac Coronide de Poëſi Arabum. Roſtoch. 1638. 4. Licet nolim inficiari quod in Catalogo Bodlejano annotat Thomas Hydeus, Verſionem Carminis Abul Olæ verum auctorem agnoſcere virum in his litteris præſtantiſſimum Jacobum Golium, à quo eam Fabricius acceperit. Confirmat hoc enim ipſe Golius præfat. ad Grammaticam Arabicam Erpenianam.

JOANNES FABRICIUS, Rector Schafhuſanus, Joannis Ludovici, de quo infra, Pater A. 1638.

1638. denatus, qui calamum ſtrinxit adverſus fratres Roſeæ Crucis. Vide Heideggerum in Vita Jo. Ludovici Fabricii p. 11.

JOANNES Georgii F. FABRICIUS cujus Hemerologium ex Jac. Auguſti Thuani Hiſtoriis confectum vidit lucem Neapoli 1617. 8. Ibidem excuſa ejus Chryſoſticha &c.

JOANNES FABRICIUS Fiſchelenſis è diœceſi Colonienſi, Germanus, Soc. Jeſu presbyter, Bonnæ Sociorum præfectus, A. 1656. 26. Sept. ætatis 62. obiit edito Germanice libro *de gravi crimine detractionis.*

JOANNES FABRICIUS Bolandus, præter Pſalterium Lyrico Carmine latino redditum edidit libros X. de motu Monaſterienſi, verſibus Elegiacis. Colon. 1541. & 1546. 8. Hujus Bolandi filius Franciſcus Fabricius Marcoduranus, de quo ſupra.

JOANNES FABRICIUS CÆSAR, Monachus Præmonſtratenſis, Canonicus Gladbacenſis, qui Martini Poloni Chronicon emendatius edidiſſe ſe profitetur è MS. Codice antiquiſſimo Colon. 1616. In illa editione narrationem de Joanna Anglica incaſſum quæras, quam in fide dignis & antiquiſſimis Martini Codicibus extare certiſſimum eſt. Adi ſis Frid. Spanhemii Fil. Opera T. 2. p. 596. 597.

JOANNES FABRICIUS MONTANUS Helvetius, ſcripſit Vitam Conradi Pellicani, editá à Raph. Eglino Marp. 1608. 4. Ejuſd. extat Oratio qua probare conatus eſt Concilium Tridenti-

num ſine ſcelere à Chriſtianis frequentari non poſſe. Baſil. 1563. 4. apud Oporin. Huic Petrus Fontidonius Orationem pro Concilio Tridentino oppoſuit editam anno eodem Venetiis, 4. Reſpondit noſter tum Fontidonio illi tum Cardillo Hiſpano, ac præterea de providentia divina commentatus eſt Baſil. 1563. 8. & de differentiis animalium quadrupedum. Tiguri 1555. 8. Carminum libros vulgavit ibid. 1556. amicus Poëtæ ſuaviſſimi Petri Lotichii Secundi cujus & ipſe verſibus celebratur. Confer Jo. Petri Lotichii Bibl. Poeticam parte 3. p. 108, ſed qui libros de motu Monaſterienſi perperam refert ad Fabricium hunc Montanum.

JOANNES GEORGIUS FABRICIUS, Jo. Baptiſtæ, (Arithmetici & Scholarum Germanicarum inſpectoris, diverſi à Jo. Baptiſta Fabricio de quo ſupra) filius, Medicus Norimbergenſis A. 1668. ætatis 75. denatus, de quo multis diſſerit Paulus Freherus in theatro Viror. doctor. p. 1405. ſeq. ex ſcriptis ejus nihil commemorans præter diſſertationes quaſdam, ut de ſummo bono, de virtute Morali, de Sophiſticis elenchis, de calculo, de phrenitide &c.

JOANNES JACOBUS FABRICIUS Lehnephia Bergenſis, De quo hæc Godfridus Arnoldus in Hiſtoria ſive Apologia hæreſium T. 3. p. 148. Noch zuvor iſt ein ander Prediger zu Swelm Zwoll und Sultzbach / Namens Johann Jacob Fabricius in Schrifften bekannt worden / die meiſtentheils wider den groſſen Abfall der ſo genannten Chri-

Chriſtenheit gehen / als da ſind 1) **Von den Urſachen aller Elenden / 2) Auslegung über** *Matth. V. 6. 7.* 3) **Das vielgeplagte und doch verſtockte Egypten / das iſt das itzige abtrünnige Maul-Chriſtenthum / welches nunmehr zu einen Heydenthum / Babel / Sodom und Egypten worden.** Amſterd. 8. 4) **Von der Wiedergeburt oder Hertzgründlichen Buſſe / den Frommen zu fernerer Prüfung / den Heuchlern zur Warnung.** ibid. Der Auctor nennet ſich hierinnen einen Diener am Worte JEſU / und eifert durchgehends wieder die gemeine Heucheley und Boßheit / hat auch einige Beyhülfe in ſeinen Vorhaben zu erlangeu / das erſte Buch dem Churfürſten zu Brandenburg **Friderich Wilhelm** dedicirct / aber ſonder Zweifel ohne effect. Wie er denn ferner von ſeinem Ampte geſetzt / und Anno 1673. zu Arnſterd am (4. Mart. ſeines Alters 55. Jahr) geſtorben / wovon ſein Diſcipul D. Holterhof deſſen Lebens-Lauf publiciret hat. Er ſoll ſonſt ein ſehr gelehrter Mann geweſen ſeyn / ſonderlich im Ebreiſchen und Matheſi. Etliche Schrifften von ihm werden vorkommen **unter den Namen** *Juſti* **Klägers.**

JOANNES LUDOVICUS FABRICIUS, Joannis, Rectoris Schafhuſani de quo ſupra, *Filius*, Theologus Palatinus Heidelbergenſis magni nominis, Curiæ Electoralis ſacræ Conſiliarius & Collegii Sapientiæ Ephorus, cujus vitam dignam lectu memoriæ prodidit & Operibus ipſius junctim excuſis præfixit ipſius quoad viveret

amicus Joannes Henricus Heideggerus Theologus Tigurinus. Obiit Calendis Februarii *A.*1696. Opera ipſius præfixa effigie prodierunt Tiguri 1698. 4. in his non continentur *tabulæ Chronologicæ & Hiſtoricæ* de quibus vide ſis Heideggerum in vita p. 18. Continentur porro in jam dicto operum Volumine hæc:

Diſſertatio de Theologia & ejus Principio.
—— *de Amicitia.* p. 10. & *Theſes ex aliis Philoſophiæ partibus* p. 14.
—— *de natura & uſu Metaphyſices.* p. 18.
—— *de omnium ſcientiarum hypotheſi univerſali.* p. 28.
—— *de variis fidei capitibus* p. 41.
Oratio inauguralis de animorum immortalitate. p. 49.
Scrupuli ex ſacramenti Venerabilis furto ablati caſu, ſub Chriſtiani Philalethæ *nomine Theologo cuidam Catholico Alſato moti ſed nondum remoti, ſolis nunc demum radiis expoſiti.* p. 65.
Meditatio Philoſophico Theologica de Meditatione. p. 75.
—— *de typo omnium diſciplinarum.* p. 81.
Poſitiones de methodo ad Veritatem. p. 91.
Meditatio de Viis DEI, an & quousque ſint ſimiles viis hominum. p. 93.
Apologeticum pro genere humano contra Atheiſmi Calumniam, ſive, falſa eſſe quæ de gentibus Atheis traduntur. p. 119.
Diſquiſitio de Symbolica viſione DEI. p. 142.
Dialexis Caſuiſtica inter Theophilum & Eubulum de baptiſmo Infantibus heterodoxorum conferendo. p. 155.

de

—— *de ludis Scenicis.* p. 174.

Meditatio de Controverſia circa Perſonam CHRISTI inter Evangelicos agitata, eam in ſolis loquendi formulis & Scholaſticorum terminorum ambiguitatibus conſiſtere, adeoque revera nullam eſſe. p. 237. Sine nomine auctoris vidit lucem primum Francofurti 1664. 8.

Epiſtola ad Jo. Jacobum Rekium, ſub Jac. Danielis Humberti *edita nomine, de Libello quem ſuper Controverſia circa Perſonam CHRISTI Anonymus Cl. Fabricio oppoſuit.* p. 284.

Euclides Catholicus, ſive demonſtratio Romanæ fidei expr mis certis & evidentibus principiis Mathematica Methodo & connexis continua ſerie propoſitionibus deducta, Ad Reverendiſſimos Viros Adrianum & Petrum de Walenburch. p. 301. Epiſtolis ſeptem conſtat & ad confundendos Romanorum dogmatum propugnatores edita eſt ſub ficto nomine Jani Alexandri Ferrarii, adeoque perperam pro ſerio ſcripto Pontificii alicujus Doctoris habetur à viro erudito in Commentario de montibus Pietatis p. 551.

Diſquiſitio Theologica de Enthuſiaſmo. p. 350.

—— *de Hominis ad æternam ſalutem adducendi à DEO ſanctificatore dependentia.* p. 356.

Dialexis Theologica inter Eubulum & Theophilum de limitibus obſequii erga homines. p. 363.

—— *de fide Infantum.* p. 391.

Diſputatio Theologica qua diſquiritur, utrum controverſia de baptiſmo per hominem privatum aut mulierem in caſu neceſſitatis adminiſtrato adcapita

pita fidei , an ad quæſtionem de εὐταξία *pertineat.* p. 399.

—— *De ſolenni novorum inter Chriſtianos templorum dedicatione & inauguratione.* p. 409.

Dialexis inter Phylopyſtum & Anagnoſten de Catecheſeos Heidelbergenſis quæſtione LXXX. quæ eſt de Miſſa. p. 413.

Diſſertatiio de faſtis p. 423.

Aliæ varii argumenti theſes & Programmata nonnulla, quorum ultimum p. 561. eſt *adverſus Calumniam de auctore libri pro Polygamia* qui ſub Daphnæi Arcuarii nomine prodiit, & uni è Profeſſoribus Heidelbergenſibus, velut auctori tribuebatur.

Vitam hujus Fabricii qui compendio legere voluerit, is Bibliothecam Novorum librorum à Clariſſ. Neocoro concinnatam evolvet Anni MDCXCVIII. p. 654. ſeq. vel Acta eruditorum hujus anni p. 172. ſeq.

JOANNES SEOBALDUS FABRICIUS, Jo. Ludovici, de quo jam dictum eſt, frater major natu, Profeſſor Logicæ, Græcæq; linguæ hinc Hiſtoriarum quoque in Academia Heidelbergenſi & Eccleſiaſtes ad D. Petri: *Panegyricum Carolo Guſtavo Sveciæ Regi* coronato dixit, *Coronæ Sveciæ* titulo editam Heidelbergæ A. 1655. Compoſuit & *Myrtilletum* ſive *Hiſtoriam urbis Heidelbergenſis*, præterea *Manheimium* & *Lutream Cæſaream* deſcripſit A. 1656. Extat præterea ipſius C. *Julius Cæſar Nomiſmaticus*, libellus 78. paginarum, vulgatus Londini 1678. 8. in cujus titulo

tulo auctor ſe vocat *S. Theol, D. Academiæ Heidelbergenſis Profeſſorem, Comitem Palatinum.* Ad calcem voluminis hæc prætereaipſius ſcripta memorantur: *Erudita Pietas* ſive *Oratio inauguralis* ad auſpicandam ProfeſſionemHeidelbergenſem A. 1653. habita.

Neohuſium ſive de ortu & variis mutationibusCœnobii Neuhuſani diſſertatio.

Diſputationum Theologico Philoſophicarum inde ab A. 1653. uſque ad A. 1674. in Athenæo Heidelbergenſi habitarum volumen.

Novum D.N. JESU CHRISTI Teſtamentum rythmicum.

Sermonum Dominicalium, feſtivorum, pœnitentialium & funebrium ad populum Heidelbergenſem ab A. 1660. ad 1674. pronunciatorum tomi duo.

Leſſus funebris Glorioſiſſimæ memoriæ Ferdinandi IV. RomanorumImperatoris publice dictus.

Panegyricus Cæſareus, Auguſtiſſimo Leopoldo, ſolenni Coronationis Cæſareæ die conſecratus.

Panegyricus Regius Auguſtiſſ. Carolo II. Magnæ Britanniæ, Franciæ atque Hiberniæ Regi in regnum Paternum Avitumque glorioſiſſime reduci dictus menſe Junio A. 1660.

Emblemata Danica ſive *theatrum Hieroglyphicum* in Nuptias Sereniſſimi Principis ac Domini Caroli Comitis Palatini ad Rhenum, cum Sereniſſima Principe Wilhelmina Erneſtina Regni Danici Principe Regia A. 1665.

Selenius & Selene, ſive Panegyricus Nuptialis Palatino Luneburgicus, Erneſti Auguſti Ducis

D 5 Bruns-

Brunſwigo Luneburgenſis, Epiſcopi Oſnabrugenſis & Sophiæ Comitis Palatinæ Electoralis tædis jugalibus applaudens.

In Anglia ab eo edita:

De unitate Eccleſiæ Britannicæ Meditationes ſacræ. Oxon. 1676.

Epiſtola Irenica ad Verbi Divini Miniſtros Regnorum Angliæ Scotiæque indigenas, ſemetipſos ab Eccleſia Nationali ſegregantes. Lond. 1677.

Magnes amoris Britanno Auriacus, Wilhelmo Henrico Principi Oraniæ, Comiti Naſſoviæ &c. Ejuſque ſponſæ Regali Mariæ, Jacobi Ducis Eboracenſis & Albanicæ, Comitis Ultoniæ, Thalasſiarchi Angliæ & Hiberniæ &c. Filiæ Primogenitæ, ſub Emblematum velo repræſentatus 4. Nov. 1677.

JOANNES WOLFGANGUS FABRICIUS Parentationes nonnullas ſive Orationes funebres edidit, ut in funere Fabriciorum, de quibus ſupra in Hieronymo Fabricio Auguſtano, in funere Floriani Bernbeccii Winshemienſis, Senatoris ac Prætoris Hallenſis in Svevia &c.

LAURENTIUS FABRICIUS Gedanenſis, Linguarum Orientalium per annos XXXVI. in Academia Wittebergenſi Profeſſor inclytus ac præclare meritus diem obiit A. 1629. ætatis 74. De Vita ejus evolves Henningi Wittenii memorias Philoſophorum p. 300. ſeq. Ex Elogiis quibus plures viri docti eum ex merito mactarunt, unum ad ſcribam Guil. Schickardi Viri præſtantiſſimi in præfat. ad Bechinat Haperuſchim: *Onerant*

rant me poſtremo ſpes plurium modernorum hujus rei neceſſariam utilitatem perite æſtimantium, nominatim è multis per Germaniam Venerandi Senioris Domini Laurentii Fabricii *Profeſſoris Witebergenſis Veterani & Dni Joannis Buxtorfii Baſileenſis, Rabbinorum ſed Chriſtianorum, adeoque pectorum candidorum & ab invidia omni tam alienorum, ut nil præter nomen ejus noſſe videantur. Horum exquiſita judicia faciunt* &c. Scripta illius hæc ſunt:

Partitiones Codicis Hebræi Witeb. 1610. 4. 1626. 1671. 8. & noviſſime in Thomæ Crenii V.C. theſauro librorum Philologicorum. Lugd. Bat. 1700. 8. Merito ſuo hic liber ſtudioſis Theologiæ commendatur a pio atque erudito Theologo Wolfgango Franzio in libro aureo de interpretatione S. Scripturæ p. 45.

Oratio de lingua Hebræa addiſcenda. Witeb. 1594. 4. In hac inter alia diſſerit de Targumim ſive Chaldaicis Paraphraſibus librorum Vet. Teſtamenti.

De Schemhamphoraſch uſu & abuſu apud Hebræos. Witeb. 1596. 8.

De reliquiis ſanctis Syrarum vocum in N. T. aſſervatis. Witeb. 1613. 4.

Metrica Hebræorum Vetus & nova. ibid. 1623. 8.

Epiſtolam ad Joh. Buxtorfium qua eum hortatur ut contra Lud. Capellum punctorum Hebraici codicis antiquitatem aſſerat, edidit Jo. Buxtorfius pronepos in mantiſſa ad Catalecta Theologico Philologica Baſil. 1707. 8. p. 434.

Alius

Alius LAURENTIUS FABRICIUS itidem Gedanenſis, ſed jam A. 1577. defunctus, de quo G. R. Curicke in præclaro opere vernaculo quo civitatem Gedanenſem deſcripſit p. 323.

Alius LAURENTIUS FABRICIUS Urdingenſis, auctor libri Germanice editi cui titulus: Gegen-Bericht und Examen des Buches Münſteriſche Inquiſition genannt/ A. 1583. zu Münſter nächtlicher weiſe von einen Calviniſten in die Häuſer geworffen. Coloniæ 1585. 4.

MARTINUS THEODORUS (ſive THEODOSIUS) FABRICIUS vulgavit Harmoniam Hiſtoriæ Paſſionis & Reſurrectionis CHRISTI, Germanice, latine, Græce & Hebraice. Witeb. 1595. 8. cum Theologi egregii D. Ægidii Hunnii præfatione. Memorat Carolus Joſephus Imbonatus in Bibliotheca Latino Hebraica. p. 436.

MATTHIAS FABRICIUS libello Germanico collegit *centum falſa à Calvinianis in S. Scripturam, Patres Eccleſiæ & Auguſtanam Confeſſionem admiſſa.* Witebergæ A. 1598. 8.

MICHAEL FABRICIUS edidit reſponſionem ad Calvinum & Bezam pro Friderico Balduino. Colon. 1564. 8.

NICOLAUS CLAUDIUS FABRICIUS DE PEIRESC ſive PEIRESCIUS, Senator Aquiſextienſis, communis ille cum viveret fautor ac Patronus eruditorum, nec minus ipſe eruditiſſimus obiit A. 1637. cum natus eſſet A. 1580. Vitæ & laudum ſuarum dignum cumprimis præconem nactus eſt *Petrum Gaſſendum*, cujus libri

VI.

VI. de Peireſcii vita ſæpius editi, & ab omnibus elegantium rerum curioſis hominibns avide lecti ſunt. Subjicitur illis Peireskii laudatio dicta in Concione funebri Academicorum Romanorum 21. Dec. *A.* 1637. à *Jo. Jacobo Buccardo*, Pariſino, quæ exſtat etiam in Henningi Witte Memoriis Philoſophorum p. 420. Decorarunt præterea ejus memoriam eruditiſſimi quiq; quadraginta amplius linguis, unde poſt ejus mortem *A.* 1638. in lucem Romæ edita eſt *Pangloſſia*, ſive *Humani generis leſſus in funere delicii ſui Nic. Claudii Fabricii Peireſcii.* Scipionis quidem Grammondi verſus hi exſtant:

Indus, Arabs, Medus, Gallus, Germanus, Etruſcus,
Anglus, Idumæus, Sarmata, Grajus, Iber.
Et quicunque venit gelido de cardine & uſto,
Eoisque plagis, occiduiſque ſonus:
Omnes Fabricio concordi voce parentant,
Qui norat proprios reddere cuique ſonos.

Plura dabunt Petrus Borellus Caſtrenſis in Auctario ad vitam Peireſcii, Hagæ Comitis A. 1655. Peraultus in Centuria Virorum Galliæ illuſtrium T. 1. p. 121. Bullartius T. 2. Academiæ ſcientiar. p. 207. Bælius in Dictionario Critico, Thomas Pope Blount in cenſura ſcriptorum & Paulus Colomeſius in Bibl. Orientali p. 175. ſeq. Quod vero Clementius in Salmaſii Vita, *multa*, inquit, *perperam neſcio quo fato in vita Peireskii à Gaſſendo relata, alias forte docebimus*, promiſſo hoc nun-

nunquam ſe, quod ſciam, exſolvit. Nihil fere typis exſcribi Peireſcius ſub nomine ſuo paſſus eſt, ſed plurima eruditorum monumenta juvit promovitque, ex quibus nonnulla etiam nomine ipſius innotuerunt, ut excerpta antiqua è Græcis ſcriptoribus quæ H. Valeſius à Peireſcio accepta illuſtravit, & Peireſciana inde appellari vulgo obtinet: Ipſe quoque plurima, Hiſtorici præcipue argumenti ſummo ſtudio collegit Peireſcius, quæ manu exarata ſervantur, ut patet ex catalogo Petri Puteani MStorum propriorum Peireſcianorum qui auctario Borelli ſubjicitur & in quo recenſentur Volumina LXXXII. Meminit & Jacobus Sponius in itinere ſuo T. 1. p. 3. edit. German. teſtatus virum hunc incredibilis induſtriæ centena propemodum Volumina MSS. poſt ſe reliquiſſe partim manu ſua partim librariorum exarata, illorum majorem partem apud heredem, decem ex illis penes illuſtrem Sibonum ſervari. *Unus*, inquit, *codex agebat de veterum menſuris ac ponderibus: alter varias complectebatur Genealogias, alii duo orientales ſpectabant linguas, alii duo qui præ cæteris mihi arridebant, veteres complectebantur Inſcriptiones, atque in his trecentas amplius ineditas.* Ante paucos annos etiam ſpes facta eſt in lucem edendarum Epiſtolarum Peireſcii, & virorum doctorum ad Peireſcium ſcriptarum binis Voluminibus in folio.

NICOLAUS FABRICIUS, Guidonis Fabricii Boderiani, de quo ſupra, frater Ariam Montanum una cum fratre juvit in Bibliis Regiis Polyglottis

glottis concinnandis, unde ab *Aria* in prolegomenis mactatur hoc elogio: *Nicolaum Fabricium Guidonis fratrem, in antiquis ac potiſſimum in Hebraica lingua non infeliciter verſatum, qui ſua diligentia & continuis laboribus in hoc opere transſcribendo, interpretando & corrigendo inter cæteros nobis etiam adjumento fuit, huic catalogo merito inſerendum duximus.*

NICOLAUS FABRICIUS CHALASIUS. Laudatur à Laurentio Pignorio in Symbolis Epiſtolicis Epiſt. 8. data A. 1603. ad Jacobum Cavacium Monachum Benedictinum: *Pyrrhi imago imberbis & diademata cernitur in numo argenteo quinque vel ſex drachmarum, cujus mihi ectypon communicavit Vir nobiliſſimus idemque doctiſſimus Nicolaus Fabricius Chalaſius tibi etiam probe cognitus.* In tranſcurſu hoc loco notare liceat à magno Seldeno *Nicolaum Fabrum* præceptorem Ludovici XIII. Galliæ Regis, virum doctiſſimum A. 1612. defunctum quoniam Baronius eum alicubi *Nicolaum Fabricium* appellat, confundi cum Nicolao Fabricio Peireſcio, quod obſervans Adrianus Bailletus libro de Auctoribus nomen ſuum tegere ſtudentibus parte 4. c. 3. p. 505. ſingillatim conquerendum ſibi putavit de mira nominis Fabricii æquivocatione. *Je demande à un connoiſſeur, qui eſt Fabricius? Il me repond, que c'eſt un Auteur Anglois nommé Carpenter ou Charpentier. Non, reprend un autre connoisſeur, Fabricius eſt un Auteur François nommé Marechal. Pardonnez moy, repartit un troiſieme,*

ſieme, Fabricius eſt un Auteur Allemand nommé Schmidt. Un quatrieme connoiſſeur prend parole, pour me dire qu'on me trompe; & que Fabricius eſt le nom de deux Auteurs Normands nommez le Fevre en noſtre Langue & ſurnommez de la Boderie; & un cinquieme vient me ſoutenir que Nic. Fabricius veut dire Nic. Fabri; mais pas un ne s'aviſe de me perſuader, que ce nom peut ſignifier, Fabrice. Ce n'eſt pas encore tout. Les connoiſſeurs pour multiplier mes embarras, m'apprennent qu'il y a des Auteurs & d'autres Savans non Auteurs du nom de Charpentier, de Schmidt, de Marechal, de Fabri & de le Févre, qui s'appellent non Fabricius, comme ceux de deſſus, mais Faber; & que le méme nom de Faber marque encore d'autres Auteurs du nom vulgaire de Du Faur, Favre, Faure, Zimmermann, Werckman &c. Ainſi je trouve dans la Republique des lettres prés de quatrevingts Auteurs du nom latin & étranger de Faber & de Fabricius, dont l'equivoque me trouble dans la diſtinction qu'il faut faire des noms propres & des perſonnes particulieres de ces Auters. C'eſt l'equivoqae du Nom de Nicolaus Faber*, qui a trompé Selden Anglois, lors qu'il a pris pour Monſieur de Peireſc M. le Févre Precepteur de Louis XIII. ſur la mention que Baronius en avoit faite ſous ce Nom Latin.* Cæterum de Nicolao Fabro illo vide Sammarthani elogia libro V. Vitam à Franciſco Balbo ſcriptam quæ opuſculis Fabri præfigitur, Pariſ. 1614. 4. Lud. Morerum in Dictionario, aliosque.

OTTO FABRICIUS ſive *Schmid*, Huſa Cimber,

ber, edidit Daniados partem primam, Slesvici *A.* 1581. 4. Confer Jo. Molleri V. C. Iſagogen ad Hiſt. Cherſoneſi Cimbricæ p. 171. 195.

FABRICIUS PALLAVICINUS Genuenſis, Soc. Jeſu, Romæ Græcas litteras & Mathematicas, Florentiæ in Hetruria & Poſnaniæ in Polonia, Romæ iterum Philoſophiam profeſſus eſt. Rexit Cracoviæ domum probationis ſeu tironum, & in Gallia Collegium Avenionenſe. Poſt Inſpector Subalpinorum Collegiorum, ſolis æſtu atque itineris laboribus morbo contracto Genuæ deceſſit 7. Sept. Anno ſeculari 1600. Scripſit primus ut putatur (inquit Philippus Alegambe ex cujus Bibl. Jeſuitica hæc referimus) A. 1583. *de perfectione religioſa è SS. Patribus*, quo libro in provincia Polonia paſſim omnes uti ſolent. Scripſit etiam librum *de Cambiis Mercatorum*, ejus rei peritiſſimus, ſed ei immortuus eſt, itaque recognoſcendus ſcholiiſque illuſtrandus datus eſt Julio Nigrono ejuſdem ſocietatis Sacerdoti.

PAULUS FABRICIUS, cujus hocce elogium texuit Nicolaus Avancinus è Soc. Jeſu; atque ex ejus parte 3. Orationum p. 210. exhibuit vir de Germanica omni juventute ac litterarum ſtudiis immortaliter meritus & ſuperiore menſe Octobri hujus Anni 1708. rebus humanis eheu & Zitaviæ ſuæ cujus ſingulare decus erat ſubductus, Chriſtianus Weiſius libro 1. de argutis inſcriptionibus c. 4. p. 355.

Paulus Fabricius
Unus ſi alius
Fortunæ ſuæ Faber,
Papiæ Philoſophus, Viennæ Medicus,
Hebræus, Theologus.
Quatuor Imperatorum aulas ſecutus,
Archiater, Conſiliarius,
Aulæ mores non induit, ſuos non
exuit.
Quos allocutus eſt ſemel,
Iterandi colloquii ſiti accendit.
Tam charus ſingulis quam utilis omnibus.
Æque diſcendi avidus ac docendi peritus.
Sive Philoſophica ſcriberet,
ſive in Pentateuchum commentaretur,
ſive in Judæos ſtylum incitaret.
In diſſimilium rerum argumentis ſibi ſemper
ſimillimus.
Omnem ſeveriorum diſciplinarum gloriam
invaſit,
Omnem tenuit.
Iſraëlita ab Eraſmo dictus,
ſive quod in ea ſeculi corruptela
vixiſſet integer,
ſive quod antiquam ſimplicitatem
retinuiſſet in Aula,
ſive quod omnis ejus voluptas,
Omnis cura, omne otium, & negotium
eſſet in Divinis litteris.
Senectutis candorem
Moribus Germanis geminavit:

Ex

Ex hoc illuſtriſſimæ familiæ ſurculo
Barones & Comites Nepotes
ſurrexerunt.

Scripta Pauli Fabricii ab Iſraële Spachio & aliis memorantur, ut *Moravia.* Viennæ 1570.
Carmen in obitum Caroli V. Imp.
Tabulæ Aſtronomicæ 4.
Ephemeris ſingulis anni diebus oſtendens locum Solis in circuitu. 4.

FABRICIUS PAULUTIUS Forolivienſis Epiſcopus vulgavit Annotationes in N. T. Romæ 1619. fol. In Pentateuchum, libros Hiſtoricos & Propheticos Commentaria. ibid. 1623. fol.

FABRICIUS PEIRESCIUS. Vide ſupra in *Nicolao Fabricio.*

PETRUS FABRICIUS Polonus, Provinciæ Poloniæ in Societate Jeſu Præpoſitus provincialis A. 1622. ætatis 71. defunctus varia ſcripta in linguam tranſtulit patriam, ut Rob. Bellarmini Meditationes de ſeptem verbis CHRISTI, & Gemitum columbæ, tum Lucæ Pinelli meditationes de Euchariſtia & Thomæ à Kempis libros IV. de imitatione CHRISTI. Vide Bibliothecam Jeſuiticam Phil. Alegambe & Nathanaelis Sotwelli.

Alius PETRUS FABRICIUS Roſtochienſis recudi fecit Symbola Pythagorica cum expoſitione Philippi Beroaldi. Roſtoch. 1604. 12.

PHILIPPUS FABRICIUS B. Doctoris Lutheri diſcipulus, cujus Conciones atque prælectiones diligenti calamo excepit, ut refert Joannes

Aurifaber in præf. ad Colloquia Lutheri menſalia.

PHILIPPUS JACOBUS FABRICIUS Profeſſor eloquentiæ in Academia Roſtochienſi vix exorſus publici muneris labores febri ardente extinctus A. 1630. Ejus Epiſtola Hebraica qua Jo. Buxtorfium filium de obitu Parentis ſolatur, cum verſione latina & notis, itemque altera latina ad eundem Buxtorfium ſcripta extat in Jo. Buxtorfii pronepotis mantiſſa ad Catalecta Philologico Theologica p. 369. 436. Baſil. 1707. 8.

PHILIPPUS MARTINUS FABRICIUS JCtus qui diſſertationem inauguralem de ἀναργυρία ſive exceptione non numeratæ pecuniæ publicavit Argentorati 1666. 4.

FABRICIUS PIGNATELLUS Italus Neapolitanus è Societate Jeſu, Provinciæ Neapolitanæ Præpoſitus Provincialis A. 1636. ætatis 47. denatus ſcripſit de Apoſtolatu Nathanaëlis Bartholomæi, & libros quatuor de Eccleſiæ ſacrificio ſive Miſſa. Pariſ. 1660. Vide Sotwellum in Bibliotheca Jeſuitica.

SAMUEL FABRICIUS Theologus Helvetius Germanico Idiomate edidit conſiderationes beneficiorum DEI, Judicii extremi & beatæ æternitatis, tum Coſmotheoriam ſacram è Pſalmo CIV. Baſil. 1675. 8.

SEBASTIANUS FABRICIUS itidem Germanice vulgavit fabricam quadrantis horarii & Geometrici. Et inſtitutionem de uſu Aſtronomici & Geometrici quadrantis: item deſcriptioné Cylindri & annularis horologii. SEO-

SEOBALDUS FABRICIUS, Vide ſupra in *Joanne Seobaldo Fabricio.*

SEPTIMIUS ANDREAS FABRICIUS Medicus Norimbergenſis, à quo ſe in Lindenio renovato ſive in opere præclaro quo vitas & ſcripta Medicorum poſt Jo. Antonium van der Linden perſequitur, adjutum teſtatur Georgius Abraham Merklinus.

SIMON FABRICIUS Marcopibertanus Francus, ex Monacho Melanchthonis diſcipulus atq; dein Rector Gymnaſii Annæani Auguſtæ Vindelicorum & linguæ Græcæ Profeſſor, ac poſt Hieronymum Wolfium Bibliothecarius, in cujus gratiam Varias lectiones è Codice MS. Auguſtano Demoſthenis annotavit. Diem obiit ſupremum A. 1593. ætatis 63. De filio Hieronymo Fabricio Auguſtano Medico ſupra dicere me memini. De Simone hoc conſulendus Paulus Freherus in theatro Virorum eruditorum p. 1487.

STATIUS FABRICIUS Profeſſor in Academia Helmſtadienſi, & Inſpector deinde Generalis Principatus Halberſtadienſis, Edidit Conciones funebres tum diſputationes binas Theologicas de fictitio Pontificis Romani in Eccleſia principatu, Helmſt. 1640. de juſtificatione hominis peccatoris coram DEO, de vocatione Miniſtrorum Eccleſiæ. De hoc Statio Fabricio conſules ubi viſum fuerit H. Wittenii Biographiam ad A. 1651. 29. Maji qui illi emortualis fuit, & Paulum Freherum in opere jam laudato p. 556. tum memorias Theol. Helmſtadienſum à Gerh. Theod. Meiero vulgatas p. 59. ſeq.

STEPHANUS FABRICIUS Bernenſis Eccleſiæ Paſtor, Conciones in Hoſeam in lucem edidit Bernæ 1623. in Joëlem 1628. itemq; in Pſalmos Genev. 1622. fol. in Prophetas minores univerſos 1641. in Decalogum de impletione legis & bonis operibus, 1649. 4. Conciones feſtales. 1640. 4.

THEODORUS FABRICIUS teſte Geſnero vulgavit Coloniæ Grammaticas Inſtitutiones linguæ ſanctæ, itemque tabulas binas de nominibus & verbis Hebraicis, excuſas Baſileæ apud H. Petri. Idem Fabricius creditur non pauca ſuppeditaſſe Henrico Dorpio ad componendam Hiſtoriam de factione & furore Anabaptiſtarum in urbe Monaſterienſi, quam decem ille libris deſcripſit.

THEODOSIUS FABRICIUS Andreæ Paſtoris Nordhuſani, de quo ſupra, filius, paterq; Georgii Andreæ, de quo itidem ſuo loco dixi, Diaconus primo Witebergenſis deinde Superintendens & Paſtor Hertzbergenſis in Saxonia ſuperiore, denique ab Heterodoxis cum Calvino ſentientibus ejectus, Paſtor primarius ad D. Joannis, & Profeſſor Theologiæ Pædagogii Gœttingenſis Locos Communes è D. Lutheri ſcriptis per gnomas & Aphoriſmos edidit Magdeb. 1594. 4. 1597. 4. recuſos Londini 1651. 4. Præterea Germanico idiomate ſcripſit Hiſtoriam certaminis Sacramentarii. Magdeb. 1593. 4. Compendium doctrinæ Chriſtianæ ſive Catechiſmum D. Lutheri Hebraice vertit, quam translationem

eum

cum Græca Jo. Volandi diſcipuli ſui interpretatione edidit Mich. Neander. Witeb. 1582. 8. Ad hunc Theodoſium Fabricium Epiſtolæ quædam Theologi laudatiſſimi Polycarpi Lyſeri nuper in lucem editæ ſunt à digno illius pronepote cognomine, præſule Wunſtorpienſi, in ſylloge Epiſtolarum B. D. Polycarpi Lyſeri ſenioris Lipſ. 1706. 8.

THOMAS FABRICIUS JCtus & Academiæ Francofurtenſis ad Viadrum Syndicus A. 1594. defunctus, cujus diſſertationes Juridicæ variæ prodierunt A. 1587. 4. Vide Jo. Chriſtophori Becmanni V. C. Analecta de vitis Profeſſorum Francofurtenſium p. 75.

Alius THOMAS FABRICIUS Eccleſiaſtes Dantiſcanus qui Calvinianis favit circa A. 1597. 1616. de quo Chriſtophorus Hartknochius in Hiſtoria Eccleſiaſtica Boruſſiæ p. 769. 770. ſq. 790.

Alius niſallor THOMAS FABRICIUS auctor libri Germanice editi de traditionibus humanis Eccleſiæ Romanæ. Der Römiſche Exempel-Marckt aller fürnehmſten menſchlichen Auffſätze der Römiſchen Kirchen. Neoſtadii 1606. 8.

TOBIAS FABRICIUS, libellum Theologicum de peſtilentia edidit (Bericht von der Peſtilentz) Neoſtadii 1597. 8. & Expoſitionem Catechiſmi Palatini, ibid. 1586. 8.

FABRICIUS TUSCUS, Plinio Majori laudatus in Indicè ſcriptorum è quibus profecit libro III. IV. VI. Naturalis Hiſtoriæ.

FABRICIUS TUSCUS *Abbas Abindonenſis in*

Angliæ Congregationis Cluniacenſis prope annum Domini 1110. ſcripſit Vitam S. Adelmi Epiſcopi, Epiſtolas ad diverſos. Hæc Antonius Poſſevinus in Apparatu Sacro. Sed Lelandus, Baleus & Simlerus autorem vitæ Adelmi ſive Aldelmi vel Anthelmi deniq; Abbatis Scotici non Fabricium appellant, ſed Faricium Tuſcum, quod rectius eſſe putat præclarus Voſſius lib. 2. de Hiſtoricis latinis p. 398.

VALENTINUS FABRICIUS Polonus è Societate Jeſu, Regi Sigismundo III. à Sacris Concionibus. Suſpicor Philippum Alegambe falli memoria, cum huic Valentino præter Concionem celebrem quam inſcripſit *ſtrenam*, tribuat Polonicam verſionem libri Bellarminni de gemitu columbæ, quæ Petro potius Fabricio debetur, ut ſupra dixi.

FABRICIUM VARRANUM inter eos qui Urbis admiratione ad illam deſcribendam eccitati libros de ea ediderunt laudat Georgius Fabricius in Roma, cap. 1.

FABRICIUS VEIENTO. De hoc Tacitus decimo quarto Annali, capite 50. poſtquam de Thraſea dixerat: *Haud diſpari crimine Fabricius Veiento conflictatus eſt, quod multa & probroſa in Patres & Sacerdotes compoſuiſſet iis libris quibus nomen Codicillorum dederat. Adjiciebat Talius Geminus accuſator, venditata ab eo munera Principis & adipiſcendorum honorum jus. Quæ cauſa Neroni fuit ſuſcipiendi judicii, convictumque Veientonem Italia depulit, & libros exuri juſſit, conquiſitos lectitatosque donec cum periculo parabantur, mox licentia*

babendi

habendi oblivionem attulit. Eundem hunc putat Lipſius cum *Aulo Fabricio* ſtratego cujus apud Dionem Caſſium mentio lib. LXI. p. 693.

VIDUS FABRICIUS PIBRACIUS, Senatus Pariſienſis præſes VI. Cal. Jun. 1584. annum agens ætatis 56. vivis exemptus. Plerique Fabrum appellant, ſed nonnulli Fabricium, (Gallis Gui du Faur de Pibrac) & è gente Fabricia Toloſæ cumprimis clara & nobili natum eſſe ſcribit in elogiis Sammarthanus, unde locum ei inter Fabricios dare volui, viro ingenii & eruditionis laude non minus quam dexteritate in negotiis gerendis celebrato, qui cum Arnoldo Ferrerio etiam comes, Concilii Tridentini celebrationi interfuit. Confer ſodes quæ ex Thuano, Sammarthano & elogiis præſidum Pariſienſium de Pibracio refert Antonius Teisſerius in additionibus ad elogia Thuanea Gallice à ſe reddita T. 2. p. 23. ſeq. Ex ſcriptis ejus notiſſima ſunt *Tetraſticha moralia* Gallico verſu ſcripta, quæ Turcice etiam & Arabice translata eſſe dicuntur, ne dicam de Græcis Metaphraſibus Florentis Chriſtiani, & Petri Molinæi, latiniſq; tum ejuſdem Chriſtiani, tum Auguſtini Prevotii, Chriſtophori Loiſelli, Martini Opitii & Nicolaii Herbinii. Extant præterea ab eo compoſitæ *laudes vitæ ruſticæ* & cultiſſimæ aliquot *orationes in Senatu habitæ*, tum reſponſio ad Orationem quam ad Henricum, III. poſtea Galliæ (Regem tum Poloniæ Henricum I.) dixit Epiſcopus Uladislavienſis, ne dicam de Epiſtola qua illaudatum Nuptiarum Pariſienſium facinus tueri ac defendere non dubitavit.

VINCENTIUS FABRICIUS Hamburgenſis, Conſul Gedanenſis A. 1667. denatus frequenter laudatur à Claudio Sarravio in Epiſtolis, à Boxhornio Epiſt. p. 33. &c. *In Vincentii Fabricii Epiſtolis*, inquit Morhofius lib. 1. Polyhiſt. p. 310. *nativa quadam elegantia eſt, quam ejus quoque elaboratiſſima carmina oſtendunt.* Ejus Poëmata, & ſatyricon quod inſcribitur pranſus paratus quæ prodierant Amſt. 1638. 8. tum Epiſtolæ, Orationes, diſſertatio de Divitiis, de Parlamento Pariſienſi, Poſitiones Medicæ Miſcellaneæ & latina verſio diſſertationum quarundam Politicarum Pauli Parutæ junctim prodierunt edente filio Friderico Fabricio Lipſiæ 1685. 8. Obiit Vincentius A. 1667. Confer Acta Eruditor. A. 1686. p. 278. & Dictionarium Hiſtorico Criticum V. C. Petri Baylii.

VIPERTUS LUDOVICUS FABRICIUS JCtus vulgavit annotationes ad Joachimi Mynſingeri Obſervationes Camerales. Darmſtadii 1666. 4.

ULRICUS FABRICIUS Confluentinus JCtus in Richardi ArchiEpiſcopi Treverenſis aulam juvenis adſcitus per honorum & dignitatum gradus eo aſcendit, ut & ad arcaniora conſilia adhiberetur, & longinquiores graviores que legationes pro eo obiret, quemadmodum & legatus in Hiſpaniam eſt in reditu defunctus cum vix attigiſſet annum ætatis ſeptimum & triceſimum. Vitam ejus ſuccincte deſcripſit Juſtinus Goblerus, Goarinus JCtus in præfat. ad Ulrici Fabricii

proceſſum

proceſſum judiciarium poſtumum, una cum vita Petri Moſellani à Goblero ſcripta editum Baſil. 1541. 8. Ex illa pauca hæc quæ ſtudia ejus ſpectant excerpam: *Nec inter tot tantaſque curas & negotioſiſſimas occupationes unquam tamen niſi quando valetudo prohibebat, ſtudia intermiſit: ſed ſive domi ageret, ſive foris peregrinaretur, ſcribebat, meditabatur, componebat aliquid litteris litteratisque auribus dignum. Vidi equidem quæ è Græcis vertebat non inſcitè, ludebat quandoque carmine, verſusque ſcribebat ex tempore quos ad chelim reſonabat, voce manuque juxta paratus, in omnibus his modeſtia ſingulari, & gravitate retenta. Elegantes & plurimas ſæpe exarabat Epiſtolas, ita ut ad Plinii Secundi gravitatem ac dictionem quam proxime videretur accedere. — — — Aldo etiam & Aſulano celeberrimis Venetiarum adeoque totius Italiæ typographis, veteres quoſdam Codices, nec paucos quidem nec mediocriter doctos, quorum diligens erat ac ſedulus per diœceſim Treverenſem ex auctoritate & diplomate Richardi archipræſulis inveſtigator, ſubminiſtraverat, alioſque aliis excudendos dederat. Tum & in ultima illa ad Cæſarem Carolum V. in Hiſpanias profectione, in qua occubuit, quoſdam ſecum extuliſſe, aut alioqui ſublatos* eſſe *veriſimile eſt, quos jam fruſtra è ſuo chirographo deſideramus, ut ſunt inter cætera duo libri Tertulliani de ſpectaculis, centum declamationes Fabii Quintiliani & nonnulli alii, qui illius occaſu naufragium & ipſi paſſi ſunt: ex quo ceu reliquiæ reſervati erant quos jam antea typographis communicavimus Macrobius,*

erobius, Othones duo, Athanaſius, Cyrillus Graece ſcripti Codices. Neque enim tale quicquam quod aliunde ille ad publicum uſum acquiſiverat, nobis, etſi jure poſſemus, privatim unquam reſervandum duximus, ſed in commune omnibus ſtudioſis liberaliter viſum eſt impartiri.

WERNERUS FABRICIUS Jetzehoa Holſatus, Chori Muſici Lipſiæ in templo Paulino Academico Director, & in æde Nicolai Organœdus haud incelebris *A.* 1679. ætatis 44. defunctus. Nil me pœniteat ſanum Patris hujus, qui amore, pia cura & inſtitutione optime de me promeritus, & arte ſua Muſica Principibus probatus Viris, utinam ne tam mature ereptus mihi fuiſſet. Exſtant ejus deliciæ Harmonicæ typis exſcriptæ Lipſiæ 1657. 4. Sed longe plura ejus generis, MSta à me & aliis horum ſcitamentorum amatoribus aſſervantur. Mortem magnis paſſibus appropinquantem, memini qui puer lecto ejus adſtabam exceptam ab eo hoc plauſu:

Nun habe ich überwunden Creutz/ Elend/ Angſt und Noth
Durch Chriſti Tod und Wunden bin ich verſöhnt mit GOtt.

Sive ut Joachimus Fellerus ὁ μακαρίτης qui Rector tum Academiæ, programmate Funebri illius memoriam decoravit, eandem ſententiam extulit latine:

Nunc vici tabem atque crucem cunctosque dolores,
Vulnera per CHRISTI nunc mihi parta ſalus!

Effi-

Effigiem ipſius ære deſcriptam & Concioni quam in ejus funere habuit B.L. Joannes Thilo præmiſſam Valentinus Alberti Theologus atque Philoſophus Lipſienſis inclytus ὁ νῦν ἐν ἁγίοις, cujus me fideliſſimæ tutelæ moriens pater commiſit, hocce honoravit tetraſticho:

Fabricii facies hoc vivida ſiſtitur ære,
Neſcia ſed ſiſti fama per ora volat.
Lipſia miratur dextramque pedemque ſonantem,
Orbem at per totum cantica ſcripta ſonant.

Patrem habuit Albertum Fabricium Organœdum Flensburgenſem: fratrem minorem natu, etiamnum, atque diu precor adhuc ſuperſtitem Stephanum Fabricium Paſtorem Gardingenſem meritiſſimum, avum Wernerum Fabricium Paſtorem Suderavienſem prope Crempă in Holſatia.

WOLFGANGUS AMBROSIUS FABRICIUS de ſignaturis plantarum ſcripſit. Prodiit libellus Norimbergæ A. 1653. 4.

WOLFGANGUS FABRICIUS CAPITO Hagenoæ Alſatiæ opido A. 1478. parente Senatore genitus, Medicinæ primum tum Theologiæ deniq; Jur. Canonici Doctor renunciatus, in Theologia tamen docenda acquievit, quod variis in locis ac denique Argentorati fecit in quam urbem venit A. 1523. (ut narrat Melchior Sebizius in appendice Chronologica ad B. D. Jo. Schmidii Conciones in Jubileum Gymnaſii Argentoratenſis A. 1638. p. 221.) factus ibi ſacrarum litterarum interpres & Paſtor ad D. Jun. Petrum, quod munus adhuc A. 1637. obiit, ſicuti patet ex Agen-
dis

dis Eccleſ. Argent. f. 24. Prius Cancellarius Cardinalis Moguntini, ut teſtatur Jo. Sturmius in Antipappo IV. part. 1. p. 7. Anno 1521. menſe Auguſto Canonicatum & Præpoſituram conſecutus eſt in Collegio Thomano à Leone Pontifice. Collegas habuit Bucerum, Antonium Firnium, Paſtorem Thomanum, qui primus ex Sacerdotum Argentinenſium ordine uxorem duxit, & Symphorianum Pollionem Presbyterum ætate grandem, primum ex iis qui Evangelium ſunt amplexi, & Paſtorem in æde S. Martini quæ erat in foro piſcario, ut docet idem Sturmius libro laudato p. 6. & 7. Obiit Fabricius A. 1541. ætatis anno 63. Confer ſi juvat quæ de illo referunt Melchior Adamus in Vitis Theologorum p. 41. ſeq. & ex eo Paulus Freherus in theatro virorum eruditor. p. 113. ſeq. tum quæ erudite annotata ſunt à Magnifico D. Joanne Fechtio in Apparatu ad Epiſtolas Marbachianas p. 167. ſeq. & Jo. Jacobo Hottingero parte 3. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Helveticæ Germ. vulgatæ p. 16. 55. &c. Chriſtophorus vero Sandius uti in veteres Eccleſiæ doctores non paucos, ita in hunc quoque Capitonem injurius fuit quod cum antiTrinitariis adſcripſit, & in ſua antiTrinitariorum Bibliotheca familiam ducere juſſit. Scripta ejus ſunt: *Enarrationes in Prophetam Hoſeam*, Argent: 1528. 8. & *in Habacucum* ibid. Argent. 1526. 8.

In Hexaëmeron explicatio ibid. 1539. 8.

Reſponſio de Miſſa, & Matrimonio, & jure Magiſtratus in Religionem. ibid. 1540. 8.

Epiſtola

Epiſtola ad Archi Epiſcopum Moguntinum, & Paræneſis prior *S. Chryſoſtomi* ad Theodorum lapſum, latine verſa. Baſil. 1519. 4. Vertit & homiliam ejusdem Chryſoſtomi in dictum Apoſtoli: *utinam toleraſſetis paululum quiddam inſipientiæ meæ.* 2. Cor. XI. 16.

Suas quoque enarrationes in *Jonam* & *Malachiam* memorat, neſcio an editas, Bucero etiam laudatas.

Exſtant præterea ejus *Inſtitutionum Hebraicarum* libri II. Baſil. 1518. 8. Argentor. 1525. 8.

Vita Joannis Oecolampadii, quæ & Zwinglii Epiſtolis præfigitur A. 1548. fol.

De formando à puero Theologo, Epiſtola excuſa in fronte Phyſicorum Jacobi Summerhart.

Præfatiuncula præfixa libro *Martini Cellarii* (alio nomine *Borrhai*) *de operibus Dei* A. 1527.

Apponam & Catalogum ſcript. ejus Germanice editorum quem pridem texuit Joſias Simlerus:

Apologia qua cauſas exponit cur civis factus ſit, prædicarit & diſputationem publicam petierit, Argent. *A.* 1523.

Sacerdotes teneri ſalvo ſuo honore, civili jurejurando ſe Magiſtratui obſtringere. A. 1524.

Quid ſentiendum & reſpondendum ſit de controverſia Lutheri & Caroloſtadii A. 1524.

Reſponſio ad Conradi Tregarii Auguſtinianorum Provincialis exhortationem. A. 1524.

Novæ & arcanæ revelationes à Joanne Fabri excogitatæ. A. 1526.

Catechiſmus. A. 1534.

Diſputatio de Doctoratu A. 1535.

Admi-

Admiranda hiſtoria & ſacra DEI admonitio ad Nicolaum Fry ab anabaptiſmo revocandum. A. 1534.

Defenſio contra quorundam ſontium confeſſionem Tabernis editam.

De diſputatione Badenſi Epiſtolæ duæ.

Precationes Pſalmorum ex Capitonis translatione. Argent. 1536.

Prætereo inedita ejus in Geneſin dictata priora *A.*1526. & poſteriora 1636. In Deuteronomium 1533. In Eſaiam: (non abſoluta) 1538. In Canticum Canticorum 1526. In Matthæum dictata priora 1532.& poſteriora 1540. In utramque ad Timotheum & ad Titum ac Philemonem ſcriptas Epiſtolas A. 1531. Propoſitiones de Peccato Originali, & Epiſtolas.

Atque hæc de Fabriciis in præſenti dicta ſufficiant, in quibus non omnes, fateor, occurrunt æque memorabiles, ſed qualibuscunque illis perexiguum hoc in ſchediaſmate datum ſpatii nemo opinor invidebit. His ſi præteritos de induſtria à me, & Fabros inſuper velim addere, alteram centuriam facile impleverim. Sed jam quidem ſuffecerit levem hanc operam ſcriptoribus mihi cognominibus centum præſtitiſſe, ut diſtinguendo eos, qui propter multitudinem facile confundebantur, memoriæ hominum qua poſſem lucidius commendarem.

F I N I S.

2234599